





9-11-81-7

LIBRERIA NAZIONALE
VIA CONDOTTI 119
ROMA

Lib. Sp. Vatic. in recop. Bib. Vatic.

T. LUCRETII CARI
DE
RERVM NATVRA
LIBRI.

.VI.

213

1552

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE





11

DIMETRON IAMBICVM
 CATALECTI
 CVM

| | |
|------------------------|------------------------|
| Rubri finus elenchos, | A genoris nigellæ |
| Argenteasq; conchas, | Neptes, nihil moratæ |
| Et myrrhinu torcumæ, | Typos uenustiore |
| Vel gimbiu à Corintho, | Nota, minutulosq; |
| Seu facta signa cælo, | Opes suas tulerunt, |
| Coloribusq; uiuas | Nuper quibus recudi |
| Artis catæ figuras, | Caros tibi futuros |
| Donum tibi ferunto | Cari libros Lucreti, |
| Thoma, quibus sereno | Fricuq; mundioris |
| Fortuna risit ore, | Lima diu retondi. |
| Quia purpura fluenti | Hos prensiles pugillo |
| Verrunt domos, et æura | Tibi serens ad ora |
| Bibunt, eburq; sellis | Curas honestioris, |
| Et proterunt cubili | Rerum physin parentem, |
| Me pauperem pecûli | Iutes et orbis ampli |
| Castæ uident camenæ | Elementa continentes, |
| Interfium libellos, | Breui sinu coactos |
| Et barbito canentem | Miraberis tuendo. |
| Pura salini mica, et | Forsan nec infacetus |
| Holusculis inemptis | Rarissimi clientis |
| Vitam die parare. | Factum ferēs ad astra. |
| At ne sacros penates | Qui cum nihil putarit |
| Musisq;, A polliniq; | Donasse, uel pusillum, |
| Manu tuos inanis | Dono hoc suo pusillo |
| A symbola frequentem, | Nil cæteris reliquit. |

PETRVS CANDIDVS
THOMAE
SOTHERINO
.S.P.D.



RIGENTINVM EMPEDOCLEM
pythagoreorum omnium longe clarissimū,
qui posteaq̄ pleraq̄; gratia urbes cum co
ronis delphicis, aureisq̄; amyclus inuisisset, in Aetna
se crateras, quo famam diuinitatis, arfore nullis ar
bitris è medio sublato, indispicaretur, nocte intempesta
praecipitum dedit, luculentissimum de rerum natura po
steris suis gratia poema reliquisse memoriae proditum
est. Hunc in latio saeculis haud ita multis post amula
tus. T. Lucretius Carus Epicuri dogma lris multa
lucæ arminibus complexus est. Quem nitidissimum
poetam, cum eorum uitio Thoma Sotherine clarissi
me, qui aut philosophia penitus ignari, aut literarum
humanarum expertes in eius lectionem incidissent,
quæq̄; minus percaperant, pro suo quisq̄; captu in
uertissent, tot uomias, tot perscatere ularibus, tot foe
dis (sic dixerim) confici monstris deprehēdissem, quip
pe qui concerpis undecunq̄; miserisq̄; lacer modis per
tam diuersa inter se, parumq̄; sibi constantia exempla
ria circumfretetur, operæ precium facturum me existi
maui, summis, uis demq̄; doctissimis adhortantibus ui
ris, impendioq̄; id à me efflagitantibus, si uetustis, quæ
in nostra urbe optimarum omnium artium, ac discipli
narum iam inde à iactis fundamentis alterice nacti su
mus, collatis exemplaribus, praestantissimorumq̄; eta

tis nostræ uatum Pontani, Marulliq; obelis temere in
ducta expungēdo adhibitis, tã putida in eleganti poetæ
manantia ulcera non splenio, quod factum antehac est
à plerisq; contigerem, quin ad uiuum usq; penitus, ra-
dicatusq; exantlarem, monstraq; illiuscemodi, quæ
Carum tamdiu, tamq; miserabiliter collactauerant,
profligarem. Cum præsertim ingenui, optimiq; ci-
uisq; sit, per quos in assequendis disciplinis, aliquo ue-
nitore profeceris, nulla non eos industria, quatenus li-
ceat, ab iniuria uindicare. Marullus sanè amicus olim
noster iucundissimus, cuius in hoc opere censuram fo-
tissimum secuti sumus, lucretianæ adeo ueneris per om-
nem ætatem studiosus fuit, ut nuspiam ferè non eo æ-
mulatet, nunq; cubitum (quod de Archesilao, Home-
riq; rhapsodia traditur) nisi perlectis aliquot, explo-
ratisq; Cari criminibus sese reciperet. Quin etiam ex
miseranda illa in medijs Cecinæ undis latinarum mu-
sarum iactura, cladeq; insigni, unus est Lucretius re-
ceptus. Sed enim quo ferenni aliquo monumēto tam cla-
ri, rariq; amici memoriam prosequamur, emitteatur à
nobis hæc iisdem typis excusum, præter epigramaton,
hymnorumq; naturalium, qui passim habentur in ma-
nibus, libellos, primum ex quatuor (tot enim parti-
tiebat) eiusdem heroico carmine de principe uoluen-
neniæq; ad hæc, atq; epigrammata non dum uulgata
quædã. In Lucretii autem poemate, quantum ad ipsam
scribendæ formulam attinet, seruandũ uel imprimis no-
bile illud Phauorini eulogium, si cuncti ueterum moribus
uiuendum, ita præsentium uerbis loquendum, semper
censuimus. Nam quo demum pacto legit quis in tam

culto, tam nitido, tam undecunq; castigato poeta, frun-
 des, acherunta, uolgoq; ac uolnera: tametsi neutiq; iue-
 ro inficias, eam sic propemodum solitam enunciare atri-
 tem. Verum pleraq; tamen dein à iunioribus tanq; tu-
 sticæ prolata more repudiata sunt. Nam illa quidem,
 Nullast. Haudquaquast. et item illa, speculust, Ani-
 maist, aliaq; id genus adeo multa, quis non uideat in
 scena personatos magis sine ulla controuersia decere
 histriones? Quocirca sic ea adamussim restituta nobis
 passim sunt in. xx. Varronianis Accii Plauti a mox-
 diis, quæ mox longe quidem limatiores, q̄ quæ nunc
 habentur in manibus, per huiusmodi enchiridia ex
 nostra prodibunt officina in uulgum. Istæ aut purior
 in Cæro scribendi ratio, aurem mordaci lotis aceto, Ma-
 rulloq; imprimis, cuius per acere in literis iudicium, καὶ
 τὸ τῆς γλώσσης ἀγχινοῦν ipse nunq; nõ summa cum ad-
 miratione suspexi, iam pridem contra uilitigatorũ om-
 nium contentionem probata est. Quod si cui tamen ex ue-
 rustate seruare ista lubebit, et alia itidem ei, quæ uaf-
 stam, oppidoq; q̄ tenebrosam siluam efficiant, seruan-
 da erunt. fietq; ut genuinum continuo suum amittat
 nitorem lepidissimus omnium iudicio poeta. Itaq; paucis
 admodum, eisdemq; ex posteriorum, summorumq; usu-
 uatum receptis, cætera iis citra omnem inuidiam relin-
 quemus, qui meram sermonis (ita dixerim) faciem,
 ipsi nimirum uieti, rancidiq; ambitiosius admirantur.
 Cecilianumq; illud haud hercules inuiti identidẽ usur-
 fabimus. Ego neq; florẽ, neq; flores uolo mihi uinũ uo-
 lo. Atqui duriusculus interdum nonnullis, & scaber ui-
 deri in sua phrasi Lucretius solet, quibus abunde mea

quidem sententia satis, superq̄s, præterq̄ q̄ molliori
æ gre admodū stilo actas insecuta acq̄euit, ipsemet suas
scite turatus partem respondet poeta, cum inquit.

Nec me animi fallit, graiorum obscura reperta
Difficile illustrare latinis uersibus esse,
Multa nouis uerbis præsertim cum sit agendum,
Propter egestatem linguæ, et rerum nouitatem.

Quin et Manilius pereleganter
sic cecinit.

Ornari res ipsa nequit contenta doceri.

Et si qua externa referuntur nomina lingua,

Hoc operis, non uatis erit. Non omnia flecti possunt,

Et propria melius sub uoce notantur.

Ea tamen est per omnem suam poesim in eo scribendi ge-
nere Lucretii elegantia, is nitor, ea maiestas, ut nihil
non ab eo ad Aristophanis, ipsiusq̄ Cleantis lucernam
elucubratum fuisse uideatur. In cuius scilicet non apes
ore, quod de Platone, non philomela, quod de Stesi-
choro proditum est, sed mera ipsæ Charites, et Musæ
sessitauisse existimandæ sunt. De quo et item illud me-
diusfidius doctissimorum omnium suffragis haud mi-
nus uere, q̄ est de Euripide ab atolo illo dictum, pro-
nunciari queat. Ἀλλ' ὅτ' ἵ γράφοι, τοῦ τὰ ν μέλι
τος, καὶ σείβινων ἐτετεύχει. Neq̄ illud nobis præ-
tereundum sanè est, quod scriptum in libris de lingua
latina à. M. Varrone legitur. Vnius ac uiginti suorum
librorum huiusmodi usum initio Lucretium. Aetheris
et terræ genitabile quætere tempus. Sed nihilo pro-
fecto minus & huiusæ per me rei monitam iuuentutem
omnem uelim. Neutiq̄ adeundum iis esse Lucretium,

qui pura, qui uera philosophiæ decretis imbui, qui al-
tius deniq; se in rerum ipsius naturæ penum insinuare
aueant. Nam istos ego multo hercule libentius, citraq;
hæsitacionem omnem ad Stagiritam Aristotelem, di-
uinumq; Platonem, duo utiq; totius sapientiæ lumi-
na, ubi altissimarum scilicet disciplinarum frugem et
purius, et huberius, et sanctius demetant, reuicio.
Huc uero ad Carum, quibus quo pacto romane, qua-
libus ue poetice aut figuris, aut numeris, quæ philo-
sophiæ scita sint, claudantur, discere est in uotis, huc
inquam euestigio recta his se conferant suadeo. Nam
quem prisorum ad eam rem Lucretio anteponamus, si
uerum fateri libeat, equidem non reperio. Nostra aut
hæc, qua in emaculando nobili poeta, tuis auspicijs usi
Thoma splendidissime sumus industria, ob idq; incopa-
rabili uirtuti tuæ dicata, fiet iam p te omnibus bonarij
artium sectatoribus exploratio. Tibiq; non in poetica
solum, atq; oratoria, in quibus tantopere excellis. Sed
in reliquis quoq; omnibus disciplinis exulto, cuius am-
plissima optimo, doctissimoq; cuiq; semp patuit domus,
cuius ob hereditariam, eminentemq; sapientiam, Deiq;
ipsius opt. max. munere ad summa euecti rerum fasti-
gia patruï Italiæ hac tempestate ueluti clarissima duo
sidera illuxere, nulli non humanarum literarum stu-
diosi perpetuo se debere fatebuntur. Mihi uero in quem
egregia tua, Reuerendissimiq; in primis patruï tui ex-
tant merita, nihil prorsus euenire poterit antiquius,
q; si acri, magnoq; utriusq; iudicio hæc in. T. Lucre-
tium castigationibus satis à nobis fuisse factum intelle-
xero. Vale, ἔΟΥΤΥΧΕΙ. A iiii

LVCRETIVS CARVS EX LVCRE-
 tiorum familia, quæ Romæ insignis, et perue-
 nusta est habita, natus creditur. Paulo quædem
 fuit antiquior Terentio Varrone, Marquæ Tullio,
 id quod diligenter obseruatum est à nonnullis. Nam in
 his annalibus, quos à grecis accepimus, complura sal-
 so exposita sunt, contraquæ rationem temporum signata.
 Ingenio summo traditur fuisse, in scribendisquæ carmi-
 nibus maxime excitato. Solebat enim per interualla tem-
 porum non sine quodam animi furore, quod ueteres
 produnt scriptores, ad carmen accedere. Vnde Papinii
 illud emanauit. Et docti furor arduus Lucreti. Fabius
 sanè Quintilianus cum de latinis poetis differit, Aemi-
 lium Macrum, Titumquæ Lucretium præstare elegan-
 tia testatur. At uero ipsius Lucretii carmen nonnihil
 retinere difficultatis. Quod profecto illi nonmodo per
 materiam ipsam, quæ suapte natura uideri solet obscu-
 rior, uerum etiam propter egestatem linguæ (ut eius
 ipsius uerbis utar) et rerum contigit nouitatem. Li-
 bros conscripsit de rerum natura sex, in quibus Epicuri doc-
 trinam, ipsumquæ Empedoclem, cuius carmen imprimis,
 ingeniumquæ admiratur, secutus est. Sed enim non de-
 fuerunt, qui Lucretii opus fuisse à Cicrone castigatū
 scriptitauerint. Quod uero planè esse simile uidentur,
 cum propter importunum obitum, imperfectum ab eo, ine-
 mendatumquæ relictū fuerit. Quæ autem frater plurimū
 Cari uersibus concessit, in eiusquæ poemate multum esse
 uel artis, uel ingenii refert. Nequæ uero mirari oportet.

si lucretiani uersus duriores interdum, solut e& orationi per similes uideantur. Fuit enim peculiare hoc illius ætatis, quod quidem testatur apud Macrobiū Furius Albinus, cum ait. Nemo debet antiquiores poetas ea ratione uiliores putare, q̄ eorum uersus nobis Scabri uideantur. Ille nanq; stilus maxime tū placebat, diuq; laborauit ætas secuta, ut magis huic molliori acquiesceret. Itaq; minime defuerunt imperantibus e& Vespasianis, qui Lucretium pro Vergilio, ac Lucilium pro Horatio lectitarent. Nuncupauit autem opus suum Lucretius. C. Memmio. L. Memmii filio, qui à deuita achæia cognomen assumpsit, Corinthū urbem diruit, signisq; ac tabulis spoliauit. Tametsi non desunt, qui longe aliter senserint. Sed hi nimirum, dum parum considerate temporum rationem obseruant, facillime uel cuius refelli queant. P. sanè Vergilius nō modo uerba desumpsit aliquot ex poemate Lucretii, uerum locos e& ab eo penè integros (ut à ueteribus est grāmatis relatum) transtulit. De cuius quidem poesi illud est à P. Ouidio nō sine ingenti præconio literarum monumentis mandatū. Carmina sublimis tū sunt p̄tura Lucreti, Exitio terras cum dabit una dies. Perit autem Lucretius ætate integra, cum paucos annos supra. xl. impleuisset. Eusebius quidem prodit tanto e& furore hausto amatorio poculo percitum, ut quo Vergilius die uirilem togam sumpsit Cn. Pompeio. M. Licinio Crasso iterū Coss. propria se manu interfecerit. Præter alios autem ueteres, ut est à Fulgentio in commentario de prisca uerbis relatum, Lucretius recensetur

poeta comicus.

QVINTILIANVS.

NAM MACER ET LVCRETIVS LEGENDI,

*Sed non ut phrasin, idest ut corpus eloquentiæ faci-
ant, Elegantes in sua quisq; materia.*

Sed alter humilis,

*alter diffi-
cilis*

IDEM

NEC PHILOSOPHIAE IGNARA POTEST

*esse grammaticæ, cū propter plurimos in omnibus ferè
carminibus locos ex intima quæstionum*

naturalium subtilitate

repetitos,

tum uel propter Empedoclem in græcis, Varronem,

ac Lucretium in latinis, qui præcepta

sapientiæ uersibus

*tradide-
rūt*

VARRO

AQVA BIPARTITA DIVISIONE LVCRE-

tius suorum unius, & .xx. librorum

initium fecit

hoc.

Aetheris et terræ genibile quærere tempus.

QVAE SINGVLIS LIBRIS
CONTINEAN
TVR

LIBRO PRIMO.

Laud inuentorum. Exemplum religionis. Finis doloris. De anima. Nihil de nihilo gigni. Nihil ad nihilum interire. Corpora quæ non uideantur. De uento, odore, calore, frigore, uoce. Vestes uuesci, et aresci. Anulum, ut cætera, usu consumi. De uacuo. Pisces quomodo natent. Corpus et uacuum esse naturam rerum. Tertiam naturam non esse à corpore, et uacuo. De tempore. Solidum esse. Omnia consumi. De molli natura, ut aqua. Contra Heraclitum. Contra Empedoclem. Contra Anaxagoram. De fine corporum solidorum. Dilatio temporis

LIBRO SECVNDO.

De motu principiorum, et infinita esse. Quæ in solaris radiis apparent. De celeritate motus. Nil sursum ferri corpusculorum, sed pressa ab radicibus exurgere corpora. De declinatione motus. De figura Atomorum. De oleo, melle, absinthio. De ferre stridore. De adamante, ferro, silice, are. De sudore salso, et aqua marina. Figuras esse multas. In terra semina esse. De matre magna. Omnem

naturam per se esse diuūm . Non necessario alba ex
albis principiis fieri . Colores non esse . De colore
columbarum . De cauda pauonis . Ex insensibili sen
sibile gigni . Omne infinitum in omnes partes . In
finitus mundus . Mundum natum & multos simi
leis . Iam senem mundum ,
et omnia pusilla
nasci

LIBRO TERTIO .

Homines mortem maxime timere . De auaritia .
De animi, et animæ natura, sensuq̃ . Animum et ani
mam coniuncta esse . De nobilitate animi . Ter
tiam animam esse mentem . Quartam sine nomine
animam . Coniunctio animi et animarum . De ua
rietate animi . De sensu corporis et animi . Con
tra Democritum de animo et anima . Corpus non sen
tire per se sine animi motu . Animam natiuam, et mor
talem esse . Animam et corpus simul nasci et cre
scere & simul interire . De ebrietate . De morbo
omitali . De sensibus animæ & animi . Natali
animam non esse priuatam . Quæ reuoluantur
de inferis , ea uitæ uitia esse .

Omnes mori .

Auere homines, quæ non ha
beant

LIBRO QVARTO.

Id sibi iucundum, quod claram lucem mortalibus ostendat. De simulacris. De imaginibus. Animalia minima & maiora. De nubibus. De aequalitate simulacrorum. Ultra speculum cur uideatur imago. Ex tenebris quæ sunt in luce, uideri, non e contrario. Plures imagines cur fiant. De umbra hominis, et aliarum rerum mobilium. De uisu. De uero sensu, quare cognoscitur. De falso sensu. De auditu. Corpoream esse uocem. De uocis imaginibus. Qua uisus non tranet, uocem tranare. De sapore. Quare alia aliis sint contraria. De odore. De animi motu. Quare quod libuerit, statim cogitemus. Oculos, linguam, aureis prius natus esse, quæ eorum usum. De motu membrorum, hoc est de ambulando. Somnus quomodo fiat.

De somnio. De rebus ueneris

LIBRO QVINTO.

Quod plus homini contulit sapientiæ inuentor, quæ Ceres, Liber, Hercules. Animam natiuam esse. Mundum & natiuum, & mortalem esse. De solis et lunæ cursu. Mare, cælum, terram interitura esse. Animum, et animam non posse sine corpore

esse. Mundum non esse à diis constitutum. Di-
 uisio terræ, uel initium. Cuius pars natiua sit, totū
 natiuum esse. De terra, aqua, aere, siue anima.
 De igni, & sole. De lampade, et lucerna. Quod
 ædificia intireant. Quare natiua omnia dicat.
 Quare æternitas esse possit. De Phaethonte.
 De origine mundi & omnium rerum. De ferro.
 De solis & lunæ magnitudine, motu, & ortu. De
 solis magnitudine & calore. Democritus de sole.
 De lunæ cursu. Ex ida uisio solis. De die longo,
 et nocte breui. De lunæ lumine. De anni tem-
 poribus. De solis et lunæ effectione. De nouitate
 rerum mundi, & de dispositione, quæ in eo est. De
 centauris, scylla, chimæra, j̄luminibus auriferis, ho-
 minibus miris. De uita hominum, qui degeant re-
 anti orbe. De inuentione sermonis. Vnde datus
 ignis mortalibus. Quibus dabatur imperium.
 Vnde religio orta, et timor superum.

Quomodo aurum, ar =
 gentum plum =
 bum,

ferrumq; reperta. Quomodo arma, bella,
 et musica inuenta. De pri-

ma agresti
 uita

LIBRO SEXTO.

Qui procurationem mundi diis attribuunt, eisdem soli=
 tudines attribuere. De tonitru, & fulgure. Nu=
 bibus semina ignita inesse. De fulmine, et eius na=
 tura, et uiribus. Fulmina de crassioribus nubibus
 alte gigni. De tonitribus, & terramotu. Au=
 tumno et uere magis fulmina, et tonitrua fieri. Nu=
 bes quomodo accrescant. De imbribus. De arqu.
 De causa terramotis. Quare mare maius non fiat.
 De Aetna. De Nilo. De lacu auerno. Cor=
 nices athenis ad aedem minerva non esse. In Sy=
 ria locum esse quadrupes statim necantem. Cur
 aqua in puteis aestate frigidior. De fonte
 Ammonis. In aqua tadem ar=
 dere. In mari fon=
 tem esse dul=
 cem

De magete. Fluere ab omnibus rebus. Pestilen=
 tia unde creetur. De horrenda
 atheniensium
 pestilen=
 tia

Haud te figeat erudite lector, quæ nobis sunt in calce
adnotata, quæq; itum ibi ab impressorum iniu-
ria uindicta perlegere, po-
tioraq; secta
ri.

Ouidius.

Carmina sublimis nunc sunt peritura Lucreti
Exitio terras cum dabit una dies.

Papin.

Et docti furor arduus Lucreti.

.T. LVCRETII CARI DE RERV
NATVRA
LIBER PRIMVS.



Eneadum genitrix hominum, di
uūmq; uoluptas

Alma Venus, cæli subter laben
tia signa

Qua mare nauigerum, qua ter
ras frugiferentis

Concelebras, per te quoniam genus omne animantium
Concipitur, uisitq; exortum lumina solis,
Te dea, te fugunt uenti, te nubila cæli,
Aduentumq; tuum, tibi suaueis dædala tellus
Submittit flores, tibi rident æquora fonti,
Pacatumq; nitet diffuso lumine cælum.
Nam simulac species patefacta est uerna diei,
Et reserata uiget genitabilis aura fauoni,
Aeris primum uolucres te diua, tuumq;
Significant initum percussæ corda tua ui.
Inde ferae pecudes persultant pabula læta,
Et rapidos tranant amneis. ita capta lepore,
Ille æbrisq; tuis omnis natura animantium
Te sequitur cupide quocunq; inducere pergis.
Deniq; per maria, ac montes, fluuiosq; rapaces
Frondiserasq; domos auium, camposq; uirentis
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem
Efficias, ut cupide generatim sacra propagent.
Que quoniam rerum naturam sola gubernas,
Nec sine te quicq; dias in luminis oras



LIB .

Exoritur, neq; fit laetum, neq; amabile quicq;
 Te sociam studeo scribendis uersibus esse,
 Quos ego de rerum natura pangere conor
 Memmiadae nostro, quem tu dea tempore in omni
 Omnibus ornatum uoluisti excellere rebus,
 Quo magis aeternum da dictis diua leporem,
 Effice, ut interea fera munera militiai
 Per maria, ac terras omneis sopita quiescant.
 Nam tu sola potes tranquilla pace iuuare
 Mortaleis, quoniam belli fera munera mauros
 Armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se
 Reicit aeterno deuictus uulnere amoris,
 Atq; ita suspiciens tereti ceruice reposta
 Pascit amore auidos inhians in te dea uisus,
 E' que tuo pendet resupini spiritus ore.
 Hunc tu diua tuo recubantem corpore sancto
 Circunfusa super suaueis ex ore loquelas
 Funde petens placidam romanis inclyta pacem.
 Nam neq; nos agere hoc patriae tempore iniquo
 Possumus aequo animo, nec Memmi clara propago
 Talibus in rebus communi deesse saluti.
 Quod superest, uacuas aureis mihi Memmius, et te
 Semotum à curis adhibe ueram ad rationem,
 Ne mea dona tibi studio disposita fideli
 Intellecta prius, q̄ sint, contenta relinquis.
 Nam tibi de summa cali ratione, de ùmq;
 Differere incipiam, et rerum primordia pandam,
 Vnde omneis natura creet res, auget, alatq;
 Quo' ue eadem rursus natura perempta resoluat,
 Quae nos materiam, et genitalia corpora rebus

Reddenda in ratione uocare, et semina rerum
 Appellare suemus, et hæc eadem usurpare
 Corpora prima, quæ ex illis sunt omnia primis.
 Humana ante oculos fœde cum uita iaceret
 In terris oppressa graui sub religione,
 Quæ caput à cæli regionibus ostendebat
 Horribili super aspectu mortalibus instans,
 Primum grauius homo mortaleis tollere contra
 Est oculos ausus, primusque obsistere contra,
 Quem nec fama deum, nec fulmina, nec minitanti
 Murmure compressit cælum, sed eo magis acrem
 Irritat uirtutem animi, constringere ut arcta
 Natura primus portatum claustra cupiret.
 Ergo uiuida uis animi peruicit, et extra
 Processit longe flammantia moenia mundi,
 Atque omne immensum peragrat mente, animoque.
 Vnde refert nobis uictor quid possit oriri,
 Quid nequeat, finita potestas denique cuique
 Quantum sit ratione, atque alte terminus hærens.
 Quare religio pedibus subiecta uicissim
 Obteritur, nos exæquat uictoria cælo.
 Illud in his rebus uereor, ne forte rearis
 Impia te rationis iniure elementa, uianque
 Indugredi sceleris. quin contra sapius olim
 Religio peperit scelerosa, atque impia facta.
 Aulide quo pacto triuiai uirginis aram
 Iphianasse turparunt sanguine fœde
 Ductores danaum delecti prima uirorum.
 Cui simul infula uirgineos circūdata campus
 Ex utraque pari malatum parte profusa est,

LIB.

Et moestum simul ante aras aflare parentem
 Sensit, et hunc propter ferrum calare ministros,
 Aspectuq; suo lachrymas effundere ciues,
 Muta metu terram genibus submissa petebat,
 Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat,
 Quod patrio princeps donarat nomine regem.
 Nam sublata uirum manibus, tremebundaq; ad aras
 Deduc̄ta est, non ut solemnī more sacrorum
 Perfecto posset claro comitari hymenao,
 Sed casta in casto nubendi tempore in ipso
 Hostia concideret mac̄tatu moesta parentis,
 Exitus ut classi felix, faustusq; daretur,
 Tantum relligio potuit suadere malorum.
 Tutemet à nobis iam quouis tempore uationem
 Terriloquis uictus dictis desistere quares.
 Quippe etenim q̄ multa tibi iam fingere possunt
 Somnia, quæ uita rationes uertere possint,
 Fortunasq; tuas omnes turbare timore.
 Et merito, nam si certam finem esse uiderent
 Aerumnarum homines, aliqua ratione ualerent
 Relligionibus, atq; minis obsistere uatum.
 Nunc ratio nulla est, restandi nulla facultas,
 Aeternas quoniam poenas in morte timendum.
 Ignoratur enim quæ sit natura animai,
 Nata sit, an contra nascentibus insinuetur,
 Et simul intereat nobiscum morte dirempta,
 An tenebras orci uisat, uastasq; lacunas,
 An pecudes alias diuinitus insinuet se,
 Ennius ut noster cecinit, qui primus amœno
 Demisit ex heliane peryenni fronde coronam,

Per gentes italas hominum quæ clara cluèret .
 Et si præterea tamen esse acherusia templa
 Ennius æternis exponit uersibus edens,
 Quò neq; permanent animæ, neq; corpora nostra,
 Sed quædam simulacra modis pallentia miris,
 Vnde sibi exortam semper florentis Homeri
 Commemorât speciem lachrymas effundere salsas
 Cœpisse, et rerum naturam expandere dictis.
 Quapropter bene cum superis de rebus habenda
 Nobis est ratio, solis, lunæq; meatus
 Qua fiant ratione, et qua ui quæq; gerantur
 In terris, tum cum primis ratione sagaci
 Vnde anima, atq; animi constet natura uidendum,
 Et quæ res nobis uigilantibus obuia mentes
 Terrificet morbo affectis, somnoq; sepulcis,
 Cernere uti uideamur eos, audireq; coràm,
 Morte obita quorum tellus amplectitur ossa.
 Nec me animi fallit graiorum obscura reperta
 Difficile illustrare latinis uersibus esse,
 Multa nouis uerbis præsertim cum sit agendum
 Propter egestatem linguæ, et rerum nouitatem.
 Sed tua me uirtus tamen, et sperata uoluptas
 Suduis amicitie, quemuis perferre laborem
 Suadet, et inducit noctes uigilare serenas,
 Quærentem dictis quibus, et quo carmine demum
 Clara tuæ possim præexpandere lumina menti,
 Res quibus occultas penitus conuifere possis.
 Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq; necesse est,
 Non radii solis, neq; lucida tela diei
 Discutiant, sed naturæ species, ratioq;

Principium hinc cuius nobis exordia sumet,
 Nullam rem è nihilo gigni diuinitus unq̃.
 Quippe ita formido mortaleis continet omnes,
 Quod multa in terris fieri, caloq̃s tueritur,
 Quorum operum causas nulla ratione uidere
 Possunt, ac fieri diuino numine rentur.
 Quas ob res ubi uiderimus nil posse creati
 De nihilo, tum quod sequimur, iam rectius inde
 Perspiciemus, et unde queat res quæq; creati,
 Et quo quæq; modo fiant opera sine diuûm.
 Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
 Omne genus nasci posset, nil semine egeret.
 E' mare primum homines, è terra posset oriri
 Squamigerum genus, et uolucres erumpere celo,
 Armenta, atq; aliæ pecudes, genus omne ferarum
 Incerto partu culta, ac deserta tenerent,
 Nec fructus iidem arboribus constare solerent,
 Sed mutarentur, ferre omnes omnia possent.
 Quippe ubi non essent genitalia corpora cuiq;
 Qui posset mater rebus consistere certa?
 At nunc seminibus quia certis quæq; creantur,
 Inde enascitur, atq; oras in luminis exit,
 Materies ubi inest cuiusq; et corpora prima,
 Atq; hæc re nequeunt ex omnibus omnia gigni,
 Quod certis in rebus inest secreta facultas.
 Præterea, cur uere rosam, frumenta calore,
 Vuas autumnò fundi suadente uidemus,
 Si non certa suo quia tempore semina rerum
 Cum confluerunt, patefit quodcunq; creatur,
 Dum tempestates adsunt, et uiuida tellus

Tuto res teneras effert in luminis oras.
 Quod si de nihilo fierent, subito exorerentur.
 Incerto spatio, atq; alienis partibus anni.
 Quippe ubi nulla forent primordia, quæ genitali
 Concilio possent arceri tempore iniquo,
 Nec porro augendis rebus spatium foret usus
 Seminis ad ætatem, è nihilo si crescere possent.
 Nam fierent iuuenes subito ex infantibus paruis,
 E' terrâq; exorta repente arbusta salirent,
 Quorum nil fieri manifestum est. omnia quando
 Paulatim crescunt (ut patet) semine certo,
 Crescendoq; genus seruant, ut noscere possis
 Quæq; sua de materia grandescere, aliq;.
 Huc accedit, uti sine certis imbribus anni
 Latifcos nequeat foetus submittere tellus,
 Nec porro secreta cibo natura animantium
 Propagare genus possit, uitamq; tueri.
 Ut potius multis communia corpora rebus
 Multa putes esse, ut uerbis elementa uideamus,
 Quam sine principiis ullam rem existere posse.
 Deniq; cur homines tantos natura parare
 Non possit, pedibus qui pontum per uada possent
 Transire, et magnos manibus diuellere montes,
 Multaq; uiuendo uitalia uincere sacra,
 Si non materies quia rebus reddita certa est
 Gignundis, è qua constat quid possit oriri.
 Nil igitur fieri de nihilo posse fatendum est,
 Semine quando opus est rebus, quo quæq; creatæ
 Aeris in teneras possint profectrici auras.
 Postremo, quoniam incultis præstare uideamus

Culta loca, et manibus meliores reddere factus,
 Esse uidelicet in terris primordia rerum,
 Quæ nos fecundas uertentes uomere glebas,
 Terraiq; solum subigentes cinus ad ortus.
 Quod si nulla forent, nostro sine quæq; labore
 Sponte sua multo fieri meliora uideres.
 Huc accedit, uti quæq; in sua corpora rursus
 Dissoluat natura, neq; ad nihilum interimat res.
 Nam siquid, mortale è cunctis partibus esset,
 Ex oculis res quæq; repente crepta periret.
 Nulla ui foret usus enim, quæ partibus eius
 Discidium parere, et nexus exoluere possit.
 At nunc æterno quia constant semine quæq;
 Donec uis obeat, quæ res diuerberet ictu,
 Aut intus penetret per inania, dissoluatq;
 Nullius exitum patitur natura uideri.
 Præterea, quæcunq; uetustate amouet ætas,
 Si penitus perimit consumens materiem omnem,
 Vnde animale genus generatim in lumina uitæ
 Redducit Venus? aut reductum dædala tellus
 Vnde alit, atq; auget generatim pabula præbens?
 Vnde mare? ingenui fontes? externaq; longe
 Flumina suppeditant? unde æther sidera pascit?
 Omnia enim debet, mortali corpore quæ sunt,
 Infinita ætas consumpsit antea cæta, diesq;.
 Quod si in eo spatium, atq; antea cæta ætate fuere,
 E' quibus hæc rerum consisit summa refecta,
 Immortali sunt natura prædita certe.
 Haud igitur possunt ad nihilum quæq; reuerti.
 Deniq; res omnes eadem uis, causaq; uulgo

Conficeret, nisi materies aeterna teneret
 Inter se nexu minus, aut magis indupedita.
 Tactus enim leti satis esset causa profecto.
 Quippe ubi nulla forent aeterno corpore, quorum
 Contextum uis deberet dissoluere quenq̄.
 At nunc inter se quia nexus principiorum
 Dissimiles constant, aeternaq̄ materies est,
 Incolumi remanent res corpore, dum satis actis
 Vis obeat pro textura cuiusq̄; reperta.
 Haud igitur redit ad nihilum res ulla, sed omnes
 Disiduo redeunt in corpora materiai.
 Postremo, pereunt imbres, ubi eos pater aether
 In gremium matris terrai praecipitauit.
 At nitidae surgunt fruges, ramiq̄ uirescunt
 Arboribus, crescunt ipsae, foetiq̄ grauantur.
 Hinc alitur porro nostrum genus, atq̄; ferarum,
 Hinc laetas urbes pueris florere uidemus,
 Frondiferasq̄; nouis auibus canere undiq̄; siluas,
 Hinc fessae pecudes per pinguia pabula lata
 Corpora deponunt, et candens lacteus humor
 Huberibus manat distentis, hinc noua proles
 Artibus infirmis teneras lasciua per herbas
 Ludit, lacte mero mentis percussa nouellas.
 Haud igitur penitus pereunt quaecunq̄; uidentur,
 Quando alid ex alio reficit natura, nec ullam
 Rem gigni patitur, nisi morte adiuta aliena.
 Nunc age sis, quoniam docui nil posse creati
 De nihilo, neq̄; item genita ad nihilum reuocari,
 Nequa forte tamen coeptis diffidere dictis,
 Quod nequeunt oculis rerum primordia aetni.

LIB.

Accipe praeterea, quae corpora tu te necesse est
 Confitere esse in rebus, nec posse uideri.
 Principio, uenti uis uerberat incita pontum,
 Ingentesq; ruit nauis, et nubila differt,
 Interdum rapido percurrrens turbine campos
 Arboribus magnis sternit, montesq; supremos
 Siluifragis uexat flabris, ita perfurit acri
 Cum fremitu, saeuitq; minaci murmure pontus.
 Sunt igitur uenti nimirum corpora caeca,
 Quae mare, quae terras, quae deniq; nubila cali
 Verrunt, ac subito uexantia turbine raptant,
 Nec ratione fluunt alia, stragemq; propagant,
 Quam cum mollis aqua fertur natura repente
 Flumine abundanti, quod largis imbris auget
 Montibus ex altis magnus decursus aquai,
 Fragmina anniciens siluarum, arbustaq; tota,
 Nec ualidi possunt pontes uenientis aquai
 Vim subitam tolerare, ita magno turbidus imbri
 Molibus incurrit ualidis cum uiribus annis.
 Dat sonitu magno stragem, uoluitq; sub undis
 Grandia saxa, ruit qua quicq; fluctibus obstat.
 Sic igitur debent uenti quoq; flamma ferri.
 Quae ueluti ualidum cum flumen procubuere,
 Quamlibet in partem tridunt res ante, ruuntq;
 Impetibus crebris, interdum uertice torto
 Corripiunt, rapidoq; rotantes turbine portant.
 Quare etiam atq; etiam sunt uenti corpora caeca.
 Quandoquidem factis ac moribus amula magnis
 Annibus inueniuntur, aperto corpore qui sunt.
 Tum porro uarios rerum sentimus odores,

Nec tamen ad nareis uenientes cernimus unquam,
 Nec calidos aestus uimur, nec frigora quimus
 Vsurpare oculis, nec uoces cernere suemus,
 Quae tamen omnia corporea constare necesse est
 Natura, quoniam sensus impellere possunt,
 Tangere enim et tangi, nisi corpus, nulla potest res.
 Denique fluctifrago suspensa in litore uestes
 Vuescunt, eadem candenti sole serescunt.
 Ac neque quo pacto per se derit humor aquae
 Visum est, nec rursus quo pacto fuerit aestu.
 In paruas igitur partes dispergitur humor,
 Quas oculi nulla possunt ratione uidere.
 Quin etiam multum solis redeuntibus annis
 Anulus in digito subteruenatur habendo,
 Stillicidi casus lapidem cauat, uncus aratri
 Ferreus occulte decrescit uomer in aruis,
 Strataeque iam uulgi pedibus detrita uiarum
 Saxea conspicimus, tum portas propter athenas
 Signa manus dexteris ostendunt attenuari
 Saepe salutantum tactu, praeterque meantium.
 Haec igitur minui cum sint detrita, uidemus,
 Sed quae corpora decedant in tempore quoque,
 Inuida praeclusit speciem natura uidendi.
 Postremo, quae cunq; dies, naturaque rebus
 Paulatim tribuit moderatim crescere cogens,
 Nulla potest oculorum acies contenta tueri,
 Nec porro quae cunq; aetateque senescunt,
 Nec mare quae impendent, uel co sae saxa peresa
 Quid quoque amittant in tempore, cernere possis.
 Corporibus caecis igitur natura gerit res.

Nec tamen undiq; corporea stipata tenentur
 Omnia natura, nanq; est in rebus inane,
 Quod tibi cognosse in multis erit utile rebus,
 Nec sinet errantem dubitare, et quaerere semper
 De summa rerum, et nostris diffidere dictis:
 Quapropter locus est intactus inane, uacansq;
 Quod si non esset, nulla ratione moueri
 Res possent. nanq; officium, quod corporis extat,
 Officere, atq; ob stare, id in omni tempore adesse
 Omnibus. haud igitur quicq; procedere posset,
 Principium quoniam cedendi nulla daret res.
 At nunc per maria, ac terras, sublima q; caeli,
 Multa modis multis uaria ratione moueri
 Cernimus ante oculos, quae, si non esset inane,
 Non tam sollicito motu priuata carerent,
 Quam genita omnino nulla ratione fuissent;
 Undiq; materies quoniam stipata quiesset.
 Praeterea, quibus solidae res esse putantur,
 Hinc tamen esse liquet, raro cum corpore cernas.
 In saxis, ac speluncis permanat aquarum
 Liquidus humor, et humeribus flent omnia guttis.
 Dissipat in corpus sese cibus omne animantium,
 Crescunt arbuta, et foetus in tempore fundunt.
 Quod cibus in totos usq; ab radicibus imis
 Per truncos, ac per ramos diffunditur omneis.
 Inter septa meant uoces, et clausa domorum
 Transuolitant, rigidum permanat frigus ad ossa.
 Quod nisi inania sint, qua possent corpora quaeq;
 Transire, haud ulla fieri ratione uideres.
 Deniq; cur alias aliis praestare uidemus

Pondere res rebus nihilo maiore figura?
 Nam si tantundem est in lana glomere, quantum
 Corporis in plumbo, tantundem pendere par est,
 Corporis officium est quoniam premere omnia deorsum.
 Contra autem natura manet sine pondere inanis.
 Ergo quod magnum est aque, leuiusque uidetur,
 Nimirum plus esse sibi declarat inanis.
 At contra grauius plus in se corporis esse
 Dedit, et multo uacui minus intus habere.
 Est igitur nimirum id, quod ratione sagaci
 Querimus, admistum rebus quod inane uocamus.
 Illud in his rebus, ne te deducere uero
 Possit, quod quidam fingunt, percurrete cogor.
 Cedere squamigeris latices nitentibus aiunt,
 Et liquidas aperire uias, quia post loca pisces
 Linquant, quo possint adentes confluere undae,
 Sic alias quoque res inter se posse moueri,
 Et mutare locum, quibus sint omnia plena,
 Scilicet id falsa totum ratione receptum est.
 Nam quò squamigeri poterunt procedere tandem,
 Ni spatium dederint latices? concedere porro
 Quò poterunt undae, cum pisces ire nequibunt?
 Aut igitur motu priuandum est corpora quaeque,
 Aut esse admistum dicendum rebus inane,
 Unde initium primum capiat res quaeque mouendi.
 Postremo duo de concursu corpora lata
 Si cita dissiliant, nempe aer omne necesse est
 Inter corpora quod fiat, possidat inane.
 Is porro quis circum celerantibus auris
 Confluat, haud poterit tamen uno tempore totum

Graph
 Indical

Completi spatium. nam primum quæque necesse est
 Occupet ille locum, deinde omnia possideantur.
 Quod si forte aliquis, cum corpora dissiluerit;
 Tum putat id fieri, quia se condescat aer,
 Errat. nam uacuum tunc fit, quod non fuit ante,
 Et repletur ium uacuum, quod constitit ante.
 Nec tali ratione potest denserier aer.
 Nec si iam posset, sine inani posset opinor
 Ipse in se trahere, et paruis adducere in unum.
 Quapropter, quis causando multa moreris,
 Esse in rebus inane tamen satiare necesse est.
 Multa quæ præterea tibi possunt commemorando
 Argumenta fidem dictis contradere nostris.
 Verum animo satis hæc uestigia parua sagaci
 Sunt, per quæ possis cognoscere cætera tuæ.
 Namque canes ut montiuagæ persæpe ferai
 Naribus inueniunt intricatas fronde quietis,
 Cum semel insiterunt uestigia certa uia,
 Sic alid ex alio per te tu te ipse uidere
 Talibus in rebus poteris, cæcis quæ latebras
 Insinuare omnes, et uerum protrahere inde.
 Quod si pigraris, paulum ue recesseris ab re,
 Hoc tibi de plano possum promittere Memmi,
 Usque adeo largos haustus de fontibus magnis
 Lingua meo suavis diti de pectore fundet,
 Ut uerear, ne tarda prius per membra senectus
 Serpat, et in nobis uitæ claustra resoluat,
 Quam tibi de quauis una te uersibus omnis
 Argumentorum sit copia missa per aures,
 Sed nunc iam repetam coeptum per te xere dictis.

Omnis ut est igitur per se natura, duabus
 Constat in rebus. nam corpora sunt, et inane,
 Hac in quo sita sunt, et qua diuersa mouentur.
 Corpus enim per se communis dedit esse
 Sensus, cui nisi prima fides fundata ualebit,
 Haud erit occultis de rebus quo referentes
 Confirmare animos quicquid ratione queamus.
 Tum porro locus, ac spatium, quod inane uocamus,
 Si nullum foret, haud usquam sita corpora possent
 Esse, neque omnino quocumque diuersa morari,
 Id quod iam supra tibi paulo ostendimus ante.
 Præterea nihil est, quod possis dicere ab omni
 Corpore seiunctum, secretumque esse ab inani,
 Quo quasi tertia sit rerum natura reperta.
 Nam quodcumque erit, esse aliquid debet, id ipsum
 Augmine uel grandi, uel paruo denique dum sit.
 Cui si tactus erit quicquid leuis, exiguusque,
 Corporeum auget numerum, summamque sequetur.
 Sin intactile erit, nulla de parte quod ullam
 Rem prohibere queat per se transire meantem,
 Scilicet hoc id erit uacuum, quod inane uocamus.
 Præterea per se quodcumque erit, aut faciet quid,
 Aut aliis fungi debet a gentibus ipsum,
 Aut erit ut possint in eo res esse, generique.
 At facere, et fungi, sine corpore nulla potest res,
 Nec præbere locum porro, nisi inane, uacansque.
 Ergo præter inane, et corpora, tertia per se
 Nulla potest rerum in numero natura relinqui,
 Nec quæ sub sensus cadat ullo tempore nostros,
 Nec ratione animi, quam quisquam possit apisci.

Coniuncta,
& euenta.

Nam quæcunq; cluent, aut his coniuncta duabus
 Rebus ea inuenies, aut horum euenta uidebis.
 Coniunctum est id, quod nunq̄ sine perniciali
 Disidio potis est seiungi, scq; gregæri,
 Pondus uti saxi, calor ignis, liquor aquai,
 Tactus corporibus cunctis, intactus inani, *Sic apud*
 Seruitium contra paupertas, diuitiaq;, *Sallust. in-*
 Libertas, bellum, concordia, cætera, quorum *cultus.*
 Aduentu manet incolumis natura, abituq;
 Hæc soliti sumus, ut par est, euenta uocare.
 Tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis
 Consequitur sensus; transactum quid sit in auo.
 Tum quæ res instet, quid porro deinde sequatur,
 Nec per se quenq; tempus sentire fatendum est
 Semotum ab rerum motu, placidaq; quiete.
 Deniq; tyndaridem raptam, belloq; subactas
 Troiugenas gentis cum dicunt esse, uidendum est,
 Ne forte hæc per se cogant nos esse fateri,
 Quando ea sæcla hominum, quoru hæc euenta fuere
 Irreuocabilis abstulerit iam præterita ætas.
 Nanq; aliud terris, aliud regionibus ipsis
 Euentum dici poterit quodcunq; erit actum.
 Deniq; materies si rerum nulla fuisset,
 Nec locus, ac spatium, res in quo quæq; geruntur,
 Nunq; tyndaridis formæ conflatus amore
 Ignis Alexandri phrygio sub pectore gliscens
 Clara accendisset sæui certamina belli,
 Nec clam durateus troianis per grama partu
 Inflammasset equus nocturno graui genarum,
 Perspicere ut possis, res gestas fundius omnes,

Non ita

Non ita uti corpus per se constare, neq; esse,
 Nec ratione cluere eadem, qua constat inane,
 Sed magis ut merito possis euentu uocare
 Corporis atq; loci, res in quo quæq; gerantur.
 Corpora sunt porro partim primordia rerum,
 Partim concilio, quæ constant principiorum.
 Sed quæ sunt rerum primordia, nulla potest uis
 Stringere, nam solido uincunt ea corpore demum.
 Et si difficile esse uidentur credere quicq;
 In rebus solido reperiri corpore posse.
 Transit enim fulmen cæli per septa domorum,
 Clamor ut it uocis. ferrum candescat in igne,
 Dissiliuntq; fero feruentia saxa uapore.
 Quin labefactatus rigor auri soluitur aestu.
 Tum glacies acri flamma deuicta liquefat.
 Permanat calor argentum, penetratq; frigus.
 Quando utrunq; manu retinentes pocula rite
 Sensimus, infuso lympharum rore superne.
 Usque adeo in rebus solidi nihil esse uidentur.
 Sed quia uera tamen ratio, naturaq; rerum
 Cogit, ades paucis dum uersibus expediamus
 Esse ea, quæ solido, atq; æterno corpore consistunt,
 Semina quæ rerum, primordiaq; esse docemus,
 Vnde omnis rerum nunc constet summa creatura.
 Principio, quoniam duplex natura duarum
 Dissimilis rerum longe constare reperta est,
 Corporis atq; loci, res in quo quæq; geruntur,
 Esse utranq; sibi per se, puramq; necesse est.
 Nam quacumq; uacat spatium, quod inane uocamus,
 Corpus ea non est, qua porro cumq; tenet se

LIB.

Corpus, ea uacuum nequaquam constat inane.
 Sunt igitur solida, ac sine inani corpora prima.
 Præterea, quoniam genitis in rebus inane,
 Materiem circum solidam constare necesse est,
 Nec res ulla potest uera ratione probari
 Corpore inane suo cælare, atque inuis habere,
 Si non quod cohibet, solidum constare relinquant,
 Id porro nihil esse potest, nisi materiai
 Conclium, quod inane queat relictum cohibere.
 Materies igitur, solido quæ corpore constat,
 Esse æterna potest, cum cætera dissoluantur.
 Tum porro, siquidem nihil est, quod inane uacaret,
 Omne foret solidum, nisi contra corpora cæca
 Effent, quæ loca completerent, quacunq; tenerent,
 Omne, quod est spatium uacuum, constaret inane.
 Alternis igitur nimirum corpus inani
 Distinctum, quoniam nec plenum nauiter extat,
 Nec porro uacuum. sunt ergo corpora cæca,
 Quæ spatium pleno possunt distinguere inane.
 Hæc neque dissolui plagis extrinsecus icta
 Possunt, nec porro penitus penetrata retenti,
 Nec ratione queunt alia tentata labare,
 Id quod iam supra tibi paulo ostendimus ante.
 Nam neque collidi sine inani posse uidetur
 Quicquam, nec frangi, nec scindæ in bina secando,
 Nec capere humorem, neque item manabile frigus,
 Nec penetralem ignem, quibus omnia conficiuntur,
 Et quo quæque magis cohibet res inuis inane,
 Tam magis his rebus penitus tentata labascit.
 Ergo si solida, ac sine inani corpora prima.

Sunt, ita uti docui, sint hac aeterna neesse est.
 Præterea, nisi materies aeterna fuisset,
 Antehac ad nihilum penitus res quæq; redissent,
 De nihilo quaesita forent, quæcumq; uidemus.
 At quoniam supra docui nil posse creati
 De nihilo, neq; quod genitum est, ad nil reuocari,
 Esse immortalia primordia corpore debent,
 Dissolui quo quæq; supremo tempore possint,
 Materies ut suppediret rebus reparandis.
 Sunt igitur solida primordia simplicitate,
 Nec ratione queunt alia seruata per æuum
 Ex infinito iam tempore res reparare.
 Huc accedit, uti solidissima materiei
 Corpora cum constant, possint tamen omnia reddi
 Mollia, quæ fiant aer, aqua, terra, uapores,
 Quo pacto fiunt, & qua ui quæq; geruntur,
 Admixtum quoniam simul est in rebus inane.
 At contra si mollia sint primordia rerum,
 Unde queant ualidi silices, ferrumq; creati,
 Non poterit ratio reddi. nam funditus omnis
 Principio fundamenti natura carebit.
 Sunt igitur solida pollentia simplicitate,
 Quorum condensio magis omnia conciliant
 Atctari possunt, ualidasq; ostendere uires.
 Deniq; iam quoniam generatim reddita finis
 Crescendi rebus constat, uitamq; tuendi,
 Et quid quæq; queant per fœdera naturæ,
 Quid porro nequeant, sanctorum quandoquidem extat,
 Nec commutatur quicq;, quando omnia constant.
 Vsq; adeo uaria uolucres, ut in ordine cunctæ

Ostendunt maculas generales corpore inesse,
 Immutabile materiae quoque corpus habere
 Debent nimirum. nam si primordia rerum
 Commutari aliqua possent ratione reuincta,
 Incertum quoque iam constet, quid possit oriri,
 Quid nequeat, finita potestas denique cuique
 Qua nam sit ratione, atque alte terminus haerens,
 Nec toties possent generatim saecula referre
 Naturam, motus, uictum, moresque parentum.
 Tum porro, quoniam est extremum quodque cacumen
 Corporis illius, quod nostri cornere sensus
 Iam nequeunt, id nimirum sine partibus extat,
 Et minima constat natura, nec fuit unquam
 Per se secretum, neque posthac esse ualebit,
 Altius quoniam est ipsum. primae quoque et imae,
 Inde aliae, atque aliae, similes ex ordine partes,
 Agmine condensato naturam corporis explent.
 Quae quoniam per se nequeunt constare, necesse est
 Haerere, unde queant nulla ratione reuelli.
 Sunt igitur solida primordia simplicitate,
 Quae minimis stipata coherent partibus arte,
 Non ex ullorum conuentu conuoluita,
 Sed magis aeterna pollentia simplicitate,
 Unde neque auelli quicquam, nec diminui quid
 Concedit natura reseruans semina rebus.
 Praeterea nisi erit minimum, paruissima quoque
 Corpora constabunt ex partibus infinitis.
 Quippe ubi dimidiae partis pars semper habebit
 Dimidiam partem, nec res praefiniet ulla.
 Ergo rerum inter summam, minimamque quid esset,

Nil erit, ut distet. nam quauis funditus omnis
Summa sit infinita, tamen paruissima quæ sunt
Ex infinitis constabunt partibus æque.

Quod quoniam ratio reclamat uera, negatq;
Credere posse, animi uictus fatiare necesse est
Esse ea, quæ nullis iam prædita partibus extent,
Et minima constant natura, quæ quoniam sunt,
Illa quoq; esse tibi solida, atq; æterna fatendum.

Deniq; si minimas in partibus cuncta resolui
Cogere consueffet rerum natura creatrix,
Iam nihil ex illis eadem reparato ualeret,
Propterea, quia quæ nullis sunt partibus aucta,
Non possunt ea, quæ debet genitales habere
Materies, uarios connexus, pondera, plagis,
Concurfus, motus, per quæ res quæq; geruntur.
Porro si nulla est frangendis reddita finis
Corporibus, nunc ex æterno tempore quæq;
Nunc etiam superare necesse est corpora rebus,
Quæ nondum clueant ullo tentata periculo.

At quoniam fragili natura prædita constant,
Discrepat æternum tempus potuisse manere
Innumerabilibus plagis uexata per æuum.
Deniq; si nullam finem natura parasset
Frangendis rebus, iam corpora materiai
Vsq; redacta forent æuo frangente priore,
Ut nihil ex illis à certo tempore posset
Conceptum, summum ætatis peruadere florem.
Nam quiduis citius dissolui posse uidemus,
Quam rursus refici, quæ propter longa diei
Infinitæ ætas antea acti temporis omne

Quod fregisset adhuc disturbans, dissoluensq;
 Id nunq̄ reliquo reparari tempore possit.
 At nunc nimirum frangendi reddita finis
 Certa manet, quoniam refici rem quanq; uidemus,
 Et finita simul generatim tempora rebus
 Stare, quibus possint cui contingere florem.
 Quapropter, qui materiam rerum esse putarunt
 Ignem, atq; ex igni summam consistere solo,
 Magnopere à uera lapsi ratione uidentur.
 Heraclitus inquit quorum dux prælia primus,
 Clarus ob obscuram linguam magis inter inaneis,
Quande grauis grauios inter qui uera requirunt.
 Omnia enim stolidi magis admirantur, amantq;
 Inuersis quæ sub uerbis latitantia cernunt,
 Veraq; constituunt, quæ belle tangere possunt
 Aures, & lepido quæ sunt fucata sonore.
 Nam cur tam uariæ res possent esse requiro,
 Ex uero si sunt igni, puroq; creatæ.
 Nil prodesset enim calidum denserier ignem,
 Nec rarefieri, si partes ignis eandem
 Naturam, quam totus habet suus ignis, haberent.
 Acrior ardor enim conductis partibus esset,
 Languidior porro disiectis, disq; sipatis.
 Amplius hoc fieri nihil est, quod posse rearis
 Talibus in causis, nedum uariantia rerum
 Tanta queat densis, rarisq; ex ignibus esse.
 Id quoq; si faciant admisto rebus inani,
 Denseri poterunt ignes, rariq; relinqui.
 Sed quia multa sibi cernunt contraria multi,
 Et fugunt in rebus inane relinquere purum,

Ardua dum metuunt, amittunt uera uidi,
 Nec rursus cernunt exempto rebus inani
 Omnia densari, fieriq; ex omnibus unum
 Corpus; nil ab se quod possit mittere natum,
 Aestifer ignis uti lumen iacit, atq; uaporem,
 Ut uideas non è stipatis partibus esse.
 Quod si forte ulla credunt ratione potesse
 Ignis in coctus stringi, mutareq; corpus,
 Scilicet ex ulla facere id si parte recipient,
 Ocädet ad nihilum nimirum funditus ardor
 Omnis, & ex nihilo fient quæcunq; creantur.
 Nam quodcunq; suis mutatum finibus exit,
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.
 Pröinde, aliquid superare necesse est in colume ollis,
 Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes,
 De nihiloq; renata uirescat copia rerum.
 Nunc igitur, quoniam certissima corpora quædam
 Sunt, quæ conseruant naturam semper eandem,
 Quorum abitu, aut aditu, mutatoq; ordine, mutant
 Naturam res, & conuertunt corpora sese,
 Scire licet non esse hæc ignea corpora rerum.
 Nil referret enim quædam discedere, adire,
 Atq; alio attribui, mutariq; ordine quædam,
 Si tantum ardoris naturam cuncta tenerent.
 Ignis enim foret omnimodis quodcunq; crearet.
 Verum, ut opinor, ita est. sunt quædam corpora, quorü
 Concurfus, motus, ordo, positura, figura
 Efficiunt ignis, mutatoq; ordine, mutant
 Naturam, neq; sunt igni similita, neq; ulli
 Præterea reit, quæ corpora mittere possit

Sensibus, & nostros adiectu tangere tactus.
 Dicere porro sequi ignem res omnes, neq; ullam
 Rem ueram in numero rerum constare, nisi ignem,
 Quod facit hic idem, per delirum esse uidetur.
 Nam contra sensus ab sensibus ipse repugnat,
 Et labefactat eos, unde omnia credita pendent,
 Vnde hic cognitus est ipsi, qui nominat ignem.
 Credit enim sensus ignem cognoscere uere,
 Cætera non credit, nihilo quæ clara minus sunt,
 Quod mihi cum uanum, tam delirum esse uidetur.
 Quid referemus enim, quod nobis certius ipsi
 Sensibus esse potest, quo uera, ac falsa notemus?
 Præterea quare quisq; magis omnia tollat,
 Et uelit ardoris naturam linquere solam,
 Quæ neget esse ignis, summâ tamen esse relinquat?
 Aequa uidetur enim dementia dicere utrunq;
 Quapropter qui materiem rerum esse putarunt
 Ignem, atq; ex igni summam consistere posse,
 Et qui principium gignundis æra rebus
 Constituisse, aut humorem quicumq; putarunt.
 Fingere res ipsum per se, terram uel create
 Omnia, & in rerum naturas uertier omnes,
 Magnopere à uero, longeq; errasse uidentur.
 Adde etiam, qui conduplicant primordia rerum,
 Aera iungentes igni, terramq; liquori,
 Et qui quattuor ex rebus posse omnia tentur,
 Ex igni, terra, atq; anima procrescere, & imbrî.
 Quorum æra gentinus cum primis Empedocles est,
 Insula quem triquetris terrarum gessit in oris,
 Quam fluitans circum magnis anfractibus æquor

Ionio, & libycis aspergit limus ab undis,
 Angustosq; fretu rapidum mare diuidit undis,
 Italiae terrarum oras à finibus eius.
 Hic est uasta carybdis, & hic aetna minantur
 Murmura flammaram rursus se colligere iras,
 Faucibus eruptos iterum ut uis euomat igneis,
 Ad caelumq; ferat flammai fulgura rursus.
 Quae cum magna modis multis miranda uidentur
 Gentibus humanis regio, uisendaq; fertur
 Rebus opima bonis, multa munita uirum uir,
 Nil tamen hoc habuisse uiro praeclearius in se,
 Nec sanctum magis, & mirum, carumq; uideatur.
 Carmina quin etiam diuini pectoris eius
 Vociferantur, & exponunt praecleara reperta,
 Ut uix humana uideatur stirpe creatus.
 Hic tamen, & supra quos diximus inferiores
 Partibus egregie multis multoq; minores,
 Quamq; multa bene, ac diuinius inuenientes
 Ex adyto tanq; cordis responsa dedere
 Sanctius, & multo certa ratione magis, q̄
 Pythia, quae tripode ex phœbi, lauroq; profatur,
 Principiis tamen in rerum fecere ruinas,
 Et grauius magni magno accidere ibi casu.
 Primum q̄ motus exempto rebus inani
 Constituunt, & res molles, rarasq; relinquunt,
 Aera, solem, ignem, terras, animalia, fruges,
 Nec tamen admiscant in eorum corpus inane.
 Deinde quod omnino finem non esse secandis
 Corporibus faciunt, neq; pausam stare fragori,
 Nec prorsum in rebus minimum consistere quicq;.

Cum uideamus id extremum cuiusq; cacumen
 Esse, quod ad sensus nostros minimum esse uidetur,
 Coniicere ut possis ex hoc, quæ æternere non quis.
 Extremum, quod habent, minimum consistere rebus.
 Huc accedit item, quoniam primordia rerum
 Mollia constituunt, quæ nos natua uidemus
 Esse, & mortali cum corpore funditus, at qui
 Debeat ad nihilum iam rerum summa reuerti,
 De nihiloq; renata uigescere copia rerum.
 Quorum utrunq; quid à uero iam distet, habebis.
 Deinde inimicæ modis multis sunt, atq; uenena
 Ipsa sibi inter se. quare aut congressa peribunt,
 Aut ita diffugient, ut tempestate cæcæ
 Fulmina diffugere, atq; imbres, uentosq; uidemus.
 Deniq; quattuor ex rebus si cuncta creantur,
 Atq; in eas rursus res omnia dissoluuntur,
 Qui magis illa queunt rerum primordia dici,
 Quam contra res illorum, retroq; putari?
 Aliernis gignuntur enim, mutantq; colorem,
 Et totam inter se naturam tempore ab omni.
 Sin ita forte putas, ignis terræq; uire
 Corpus, & aerias auras, roremq; liquoris,
 Nil in concilio naturam ut mutet eorum,
 Nulla tibi ex illis poterit res esse creata,
 Non animans, non ex animo cum corpore, ut arbor.
 Quippe suam quicq; in cœtu uariantis ætæri
 Naturam ostendit, mistusq; uidebitur aer
 Cum terra simul, & quodam cum rore manere.
 At primordia gignundis in rebus oportet
 Naturam clandestinam, cæcæmq; adhibere,

Demineat ne quid, quod contra pugnet, & obstet,
 Quo minus esse queat proprie quod unq; creatur.
 Quando etiam repetunt à calo, atq; ignibus eius,
 Et primum faciunt ignem se uertere in auras
 Aeris, hinc imbrem gigni, terramq; creati
 Ex imbri, retroq; à terra cuncta reuerti,
 Humorem primum, post aera, deinde calorem,
 Nec cessare hæc se inter se mutando meare
 De calo ad terram, de terra ad sidera mundi,
 Quod facere haud ullo debent primordia pacto.
 Immutabile enim quiddam superare necesse est,
 Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
 Nam quodcunq; suis mutation finibus exit,
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.
 Quapropter, quoniam quæ paulo diximus ante,
 In commutatum ueniunt, constare necesse est
 Ex aliis ea, quæ nequeant conuertier usquam,
 Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
 Quin potius tali natura prædita quædam
 Corpora constituas, ignem si forte crearint,
 Possè eadem demptis paucis, paucisq; tributis,
 Ordine mutato, & moui, facere aeris auram.
 Sic alias aliis rebus mutarier omnes.
 At manifesta palàm res indicat (inquis) in duras
 Aeris è terra res omnes crescere, aliq;
 Et nisi tempestas indulget tempore fausto
 Imbribus, & tabe nimborum arbusta uacillent.
 Solq; sua pro parte fouet, tribuitq; calorem,
 Crescere uti possint fruges, arbusta, animantes.
 Scilicet & nisi nos cibus aridus, & tener humor

A diuuet, amisso iam corpore, uita quoq; omnis
 Omnibus è neruis, atq; ossibus exoluatur.
 Adiutamur enim dubio procul, atq; alimur nos
 Certis ab rebus, certis aliæ atq; aliæ res
 Nimirum quia multimodis communia multis
 Multarum rerum in rebus primordia mista
 Sunt, ideo uariis uariæ res rebus aluntur.
 Atq; eadem magni refert primordia sæpe,
 Cum quibus, & quali positura contineantur,
 Et quos inter se dent motus, accipiantq;.
 Namq; eadem calum, mare, terras, flumina, solem
 Constituant, eadem fruges, arbusta, animantes,
 Verum aliis, aliq; modo commissa mouentur.
 Quin etiam passim nostris in uersibus ipsis
 Multa elementa uides multis communia uerbis,
 Cum tamen inter se uersus, ac uerba necesse est
 Confitere, & re, & sonitu distare sonanti.
 Tantum elementa queunt permutato ordine solo.
 At rerum quæ sunt primordia plura adhibere
 Possunt, unde queant uariæ res quæq; creati.
 Nunc & Anaxagoræ scrutemur Homæomeriam
 Quam græci memorant, nec nostra dicere lingua
 Concedit nobis patrii sermonis egestas,
 Sed tamen ipsam rem facile est exponere uerbis.
 Principio rerum quam dicit Homæomeriam,
 Ossa uidelicet è pauxillis, atq; minutis
 Ossibus, & sic de pauxillis atq; minutis
 Visceribus uiscus gigni, sanguenq; creati,
 Sanguinis inter se multis coeuntibus guttis,
 Ex auisq; putat micis consistere posse,

Aurum, & de terris terram concreſcere paruis,
 Sic ignem inter ſe paruis coeuntibus naſci
 Ignibus, exiguis humorem humoribus eſſe,
 Cætera conſimili fingit ratione, putatq̃s.
 Nec tamen eſſe ulla parte idem in rebus inane
 Concedit, neq; corporibus finem eſſe ſecundis.
 Quare in utraq; mihi pariter ratione uidetur
 Errare, atq; illi, ſupra quos diximus ante:
 Adde quod imbecilla nimis primordia fingit,
 Si primordia ſunt, ſimili quæ prædita conſtant
 Natura, atq; ipſæ res ſunt, æqueq; laborant,
 Et pereunt, neq; ab exitio res ulla refrenat.
 Nam quid in oppreſſu ualido durabit eorum,
 Ut mortem effugiat leti ſub coctibus ipſis?
 Ignis? an humor? an aura: quid horum ſanguinis? an
 Nil ut opinor, ubi ex æquo res funditur omnis (ne os?
 Tam mortalis erit, q̃ quæ manifeſta uidemus
 Ex oculis noſtris aliqua ui cuncta perire.
 At neq; cedere iam ad nihilum res poſſe, neq; autem
 Creſcere de nihilo, teſtor res ante probatas,
 Præterea quoniam cibus auget corpus, alitq;,
 Seu uelut in nobis uenas, & ſanguen & oſſa,
 Siue cibus omnis commiſto corpore dicunt
 Eſſe, & habere in ſe neruorum corpora parua,
 Oſſaq; & omnino uenas, partesq; cruoris.
 Fiet, uti cibus omnis & aridus, & liquor ipſe
 Ex alienigenis rebus conſtare putetur,
 Oſſibus, & neruis, ſanieq; & ſanguine miſto.
 Præterea quæcunq; è terra corpora creſcunt,
 Si ſunt in terris, terram conſtare, neceſſe eſt.

Ex alienigenis, quæ terris exoriuntur.
 Transfer item, totidem uerbis utare licet.
 In lignis si flamma latet, fumusq; cinisq;
 Ex alienigenis consistant ligna necesse est.
 Linqunt hic tenuis latitandi copia quædam,
 Id quod Anaxagoras sibi sumit, ut omnibus omnes
 Res putet immistas rebus latitare, sed illud
 Apparere unum, cuius sint plurima mista,
 Et magis in promptu, primaq; in fronte locata,
 Quod tamen à uera longe ratione repulsum est.
 Conueniebat enim fruges quoq; sæpe minaci
 Robore cum saxi franguntur, mittere signum
 Sanguinis, aut aliquid, nostro quæ corpore aluntur,
 Cum lapidi lapidem terimus, manare cruorem.
 Consimili ratione herbas quoq; sæpe decebat,
 Et laticis dulcis guttas, similiq; sapore
 Mittere, lanigera quales sunt habere lactis.
 Salicæ & glebis terrarum sæpe friatis
 Herbarum genera, & fruges, frondesq; uideri
 Dispertita esse, ac in terris latitare minute,
 Postremo, in lignis cinerem, fumumq; uideri,
 Cum praefracta forent, igneisq; latere minutos,
 Quorum nil fieri quoniam manifesta docet res,
 Scire licet non esse in rebus res ita mistas.
 Verum semina multimodis immista latere
 Multarum rerum in rebus a munia debent.
 At sæpe in magnis sit montibus (inquis) ut altis
 Arboribus uicina cacumina summa terantur
 Inter se, ualidis facere id agentibus austris,
 Donec flammai fulserunt flore coorto.

Scilicet & non est lignis tamen insitus ignis,
 Verum semina sunt ardoris multa, terendo
 Quæ cum anfluxêre, creant incendia siluis.
 Quod si tanta foret siluis abscondita flamma,
 Non possent ullum tempus calarier ignes,
 Conficerent uulgo siluas, arbuta cremarent.
 Iam'ne uides igitur (paulo quod diximus ante)
 Permagis referre eadem primordia sæpe,
 Cum quibus, & quali positura contingantur,
 Et quos inter se dent motus, accipiantq;
 Atq; eadem paulo inter se mutata creare
 Ignes è lignis? quo pacto uerba quoq; ipsa
 Inter se paulo mutatis sunt elementis,
 Cum ligna, atq; ignes distincta uoce notemus.
 Deniq; iam quacumq; in rebus ærnis apertis,
 Si fieri non posse putas, quin materiali
 Corpora consimili natura prædita fingas,
 Hac ratione tibi percunt primordia rerum,
 Piet uti risu tremulo concussa cachinnent,
 Et lachrymis falsis humectent ora, genasq;
 Nunc age, quod superest, agnosce, & clarius audi,
 Nec me animi fallit, q̄ sint obscura, sed acri
 Percussit thyrso laudis spes magna meum cor,
 Et simul incussit suauem mi in pectus amorem
 Musarum, quo nunc instinctus mente uigenti
 Auia pieridum pèragro loca, nullius ante
 Trita solo, iuuat intégros accedere fontis,
 Atq; haurire, iuuatq; nouos decerpere flores.
 Insignemq; meo capiti ferre inde coronam,
 Vnde prius nulli uelant amfota musæ.

LIB.

Primum ꝑ magnis doceo de rebus, & artibus
 Religionum animum nodis exoluere pergo.
 Deinde quod obscura de re tam lucida pango
 Carmina, musæo contingens cuncta lepore,
 Id quoq; enim non ab nulla ratione uidetur,
 Sed ueluti pueris absynthia tetra medentes
 Cum dare conantur, prius oras pocula circum
 Aspirant mellis dulci, flauoq; liquore,
 Ut puerorum ætas improvida ludificetur
 Labrotum tenus, interea perpotat amarum,
 Absynthi laticem, deceptaq; non capiat,
 Sed potius tali facto recreata ualescat,
 Sic ego nunc; quoniam hac ratio plerunq; uidetur
 Tristior esse, quibus non est tractata, retroq;
 Vulgus abhorret ab hac, uolui tibi suauiloquenti
 Carmine pierio rationem exponere nostram,
 Et quasi musæo dulci contingere melle,
 Si tibi forte animum tali ratione tenere
 Versibus in nostris possem, dum perspicis omnem
 Naturam rerum, qua cœstet æmpta figura.
 Sed quoniam docui solidissima materiam
 Corpora perpetuo uolitare inuicta per æuum,
 Nunc age summa audi quænam sit finis eorum,
 Hac sic euoluamus item, quod inane reperitum est,
 Seu locus, ac spatium res in quo quæq; gerantur,
 Peruideamus utrum finitum finidius omne
 Constet, an immensum pateat adusq; profundum.
 Omne quod est igitur, nulla regione uiarum
 Finitum est, nanq; extremum debebat habere.
 Extremum porro nullius posse uidetur

Esse,

Esse, nisi ultra sit quod finiat ut uideatur,
 Quod non longius hæc sensus natura sequatur.
 Nunc extra summam, quoniam nihil esse fatendum est,
 Non habet extremum, caret ergo sine modoq;
 Nec refert quibus adsistas regionibus eius.
 Vsq; eadeo quem quisq; locum possedit, in omnes
 Tantundem partus infinitum omne relinquit.
 Præterea, si iam finitum constituatur
 Omne quod est spatium; si quis procurrat ad oras
 Vltimas extremas, iaciatq; uolatile telum,
 Inualidis utrum contortum uiribus ire,
 Quod fuerit missum mauis, longeq; uolare,
 An prohibere aliquid censes, obstareq; posse?
 Alitutum fatearis enim, sumasq; necesse est,
 Quorum utrunq; tibi effugium præcludit, & omne
 Cogit, ut exempta concedas sine patere.
 Nam siue est aliquid, quod prohibeat, faciatq;
 Quo minus, quo missum est, ueniat, finiq; locet se,
 Siue foras fertur, non est à fine profectum.
 Hoc pacto sequar, atq; oras ubicunq; locaris
 Extremas, quæ tam, quid nullo deniq; fiat.
 Fiet, uti nusq; possit consistere finis,
 Effugiumq; fugæ prolant copia semper.
 Præterea, spatium summam totius omne,
 Undiq; si inclusum certis consisteret oris,
 Finitumq; foret, iam copia materiai
 Undiq; ponderibus solis confluet ad imum,
 Nec res ulla geri sub cæli tegmine posset,
 Nec foret omnino cælum, neq; lumina solis.
 Quippe ubi materies omnis cumulata iaceret

Ex infinito iam tempore subsidendo,
 At nunc nimirum requies data principiorum
 Corporibus nulla est, quia nil est funditus imum,
 Quo quasi consuere, & sedes ubi ponere possint,
 Semper et assiduo motu res quaeque geruntur
 Partibus in cunctis, aeternaque suppeditantur.
 Ex infinito cita corpora materiai.
 Postremo ante oculos rem res finire uidentur.
 Aer dissepat colles, atque aera montes,
 Terra mare, contra mare terras terminat omnes.
 Omne quidem uero nihil est, quod finiat extra.
 Est igitur natura loci; spatiumque profundi,
 Quod neque clara suo percurrere fulmina cursu
 Perpetuo possint cui labentia tractu,
 Nec prorsum facere, ut restet minus ire meando.
 Usquadeo passim patet ingens copia rebus
 Finibus exemptis in cunctas undique partes.
 Ipsa modum porro sibi rerum summa parare
 Ne possit, natura tenet, quia corpus inani,
 Et quod inane autem est, finiri corpore cogit,
 Ut sic alternis infinita omnia reddat.
 Aut etiam alterutrum nisi terminat alterum eorum,
 Simplice natura, & pateat tantum immoderatum.
 Nec mare, nec tellus, nec caeli lucida templa,
 Nec mortale genus, nec diuina corpora sancta
 Exiguum possent horai sistere tempus.
 Nam dispulsa suo de coetu materiai
 Copia ferretur magnum per inane soluta,
 Siue a deo potius nunquam concreta creasset
 Vllam rem, quoniam cogi dissecta nequisset.

Nam certe neq; consilio primordia rerum
 Ordine quæq; suo, atq; sagaci mente locarunt,
 Nec quos quæq; darent motus pepigere profecto.
 Sed quia multa modis multis mutata per omne
 Ex infinito uexantur percita plagis,
 Omne genus motus, & cæcus experiundo
 Tandem deueniunt in tales disposituras,
 Quilibus hæc rebus consistit summa creatæ,
 Et multos etiam magnos seruata per annos,
 Ut semel in motus coniecta est conuenientis,
 Efficit, ut largis auidum mare fluminis undis
 Intègrent annes, & solis terra uapore
 Fota nouet factas, summissaq; gens animantium
 Floreat, & uiuant labentis ætheris ignes,
 Quod nullo facerent pacto, nisi materiai
 Ex infinito suboriri copia posset,
 Vnde amissa solent reparari in corpore quæq;
 Nam ueluti priuata cibo natura animantium
 Diffluit amittens corpus, sic omnia debent
 Dissolui; simulac defecit suppeditare
 Materies aliqua ratione aduersa uia,
 Nec plagæ possent extrinsecus undiq; summam
 Conseruare omnem, quæcunq; est conaliata.
 Cudere enim crebro possunt, partemq; morari,
 Dum ueniant aliæ, ac suppleri summa queatur.
 Interdum resiliire tamen coguntur, & unâ
 Principis rerum spatium, impusq; fugai
 Largiri, ut possint à cætu libera ferri.
 Quare etiam atq; etiam suboriri multa necesse est.
 Et tamen, ut plagæ quoq; possint suppetere ipsæ,

Infinita opus est uis undiq; materiali .
 Illud in his rebus longe fugere credere Memmē
 In medium summæ (quod dicunt) omnia niri,
 Atq; ideo mundi naturam stare sine ullis
 Ictibus externis, neq; quocūq; posse resolui
 Summa atq; ima, quod in medium sint omnia nixa,
 Ipsum si quicūq; posse in se sistere credis,
 Et quæ pondera sunt sub terris, omnia rursus
 Nitier, in terraq; retro requiescere postea.
 Ut per aquas quæ nunc rerum simulacra uidemus,
 Et simili ratione animalia sua apta uagari
 Contendunt, neq; posse è terris in loca cæli
 Decedere inferiora magis, q̄ corpora nostra
 Sponte sua possint in cæli templa uolare.
 Illic cum uideant solem, nos sidera noctis
 Cernere, & alternis nobiscum tempora cæli
 Diuidere, & noctes parileis agitare, diesq;.
 Sed uanus stolidis hæc omnia parturit error,
 Amplexi q̄ hebet peruersæ prima uia.
 Nam medium nihil esse potest, ubi inane, locusq;
 Infinita, neq; omnino si iam medium sit,
 Possit ibi quicūq; hac potius consistere causa,
 Quam quauis alia longe ratione manere.
 Omnis enim locus, ac spatium, quod inane uocamus,
 Per medium, per non medium concedat oportet.
 Aequæ ponderibus motus quacunq; feruntur,
 Nec quisq; locus est, quo corpora cum uenere,
 Ponderis amissa uis possint stare in inani.
 Nec quod inane autem est illis subsistere debet,
 Quin sua quod natura petit, concedere pergat.


Haud igitur possunt tali ratione teneri
Res in concilio medii cupidine uictæ.

Præterea, quoniam non omnia corpora fingunt
In medium nitî, sed terrarum, atq; liquorum,
Humorem ponti, magnisq; è montibus undas.
Et quasi terreno quæ corpore continentur.

At contra tenuis exponunt aeris auras,
Et calidos simul à medio differriet igneis,
Atq; ideo totum circumtemere æthera signis,
Et solis flammam per cæli cæcula pasci,
Quod calor à medio fugiens ibi colligat igneis.

Quippe etiam uesci è terra mortalia sæcla,
Nec proxum arboribus summos frondescere ramos
Possè, nisi à terris paulatim cuiq; cibatum
Terra det, at supra circumtegere omnia calum,
Ne uolucris ritu flammæ mœnia mundi
Diffugiant subito magnum per inane soluta,
Et ne cætera consimili ratione ferantur,
Nè ue ruant cæli penetralia templa superne,
Terraq; se pedibus raptim subducat, & omnis
Inter permistas rerum, cæliq; ruinas
Corpora soluentes abeat per inane profundum,
Temporis ut puncto nihil extet reliquiarum,
Desertum præter spatium, & primordia cæca.
Nam quacunq; prius de partî corpora deesse
Constitues, hæc rebus erit pars ianua leti,
Hæc se turba foras dabit omnis materiai.
Hæc si pernosces parua perductus opella,
Nanq; alid ex alio clarescat, non tibi cæca
Nox iter eripiet, quin ultima natura
Periideas, & res accendent lumina rebus. c iiii

.T. LYCRETII CARI DE RERVM
NATURA
LIBER SECVNDVS.

 *V*ae mari magno turbantibus
aëquora uentis
E' terra magnū alterius spectare
laborem.
Non quia uexari quenq̄ est iucun-
da uoluptas,
Sed quibus ipse malis careas, q̄ a
cernere suaue est.

Per campos instructa tui sine parte pericli,
Suaue etiam belli certamina magna tueri.
Sed nil dulcius est, bene q̄ munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena,
Despicere unde queas alios, passimq̄ uidere
Errare, atq; uiam palantis quaerere uita,
Certare ingento, contendere nobilitate,
Noctes atq; dies niti praestante labore
Ad summas emergere opes, rerumq̄ potiri,
O' miseras hominum mentes, o' pectora caeca,
Qualibus in tenebris uitae, quantisq̄ periculis
Degitur hoc aëui; quodcumq; est, non'ne uidere est
Nil aliud sibi naturam latrare, nisi utq̄
Corpore sciunctus dolor absit, mensq̄ fruatur
Iucundo sensu, cura semota, metuq̄?
Ergo corpore am ad naturam pauca uidemus
Esse opus omnino, quae demant quenq; dolorem,
Delicias quoq; uti haud multas substernere possint.

Gratius interdum, neq; natura ipsa requirit.
 Si non aurea sunt iuuenum simulacra per aedes
 Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
 Lumina nocturnis epulis ut suppedientur,
 Nec domus argento fulgens, auroq; renidens,
 Nec citharis reboant laqueata, aurataq; templa,
 Cum tamen inter se prostrati in gramine molli
 Propter aqua riuam, sub ramis arboris altae
 Non magnis opibus iucunde corpora curant,
 Praesertim cum tempestas arridet, et anni
 Tempora conspergunt uiridantibus floribus herbas.
 Nec calida citius decedunt corpore febres,
 Textilibus si in picturis, ostroq; rubenti
 Iactentur, q; si plebeia in ueste cubandum est.
 Quapropter, quoniam nil nostro in corpore graue
 Proficiunt, neq; nobilitas, neq; gloria regni,
 Quod superest animo quoq; nil prodesse putandum,
 Si non forte, tuas legiones per loca campi
 Feruere cum uideas belli simulacra cientes.
 His tibi cum rebus timestaeto relligiones
 Effugunt animo pauida, mortisq; timores,
 Tum uacuum tempus relinquunt, curaq; solutum.
 Quod si ridicula haec, ludibriaq; esse uidemus,
 Reuertaq; metus hominum, curaq; sequaces,
 Nec metuunt sonitus armorum, nec fera tela,
 Audacterq; inter reges, rerumq; potentes
 Versantur, neq; fulgorem reuerentur ab auro,
 Nec clarum uestis splendorem purpureae,
 Quid dubitas, quin omne sit hoc rationis egestas?
 Omnis cum in tenebris praesertim uita laboret?

Nam ueluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis
 In tenebris metuant, sic nos in luce timemus
 Interdum nihilo quæ sunt metienda magis, q̄
 Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntq; futura.
 Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq; necesse est
 Non radii solis, neq; lucida tela diei
 Discutiant, sed natura species, ratioq;. 11.
 Nunc age, quo motu genitalia materiai
 Corpora res uarias gignant, genitasq; resoluant,
 Et qua ui facere id cogantur, qua' ue sit ollis.
 Reddita mobilitas magnum per inane meandi
 Expediam, tu te dictis præbere memento.
 Nam cæte non inter se stipata coheret
 Materies, quoniam minui ren. quanq; uidemus,
 Et quasi longinquo fluere omnia cernimus æuo,
 Ex oculisq; ueritatem subducere nostris,
 Cum tamen incolumis uideatur summa manere,
 Propterea, quia quæ decedunt corpora cunq;
 Vnde abeunt, minuunt, quo uenêre, dugmine donant,
 Illa senescere, at hæc contra florescere cogunt,
 Nec remorantur ibi, sic rerum summa nouatur
 Semper, & inter se mortales mutua uiuunt.
 Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur,
 Inq; breui spatio mutantur sæcla animantium,
 Et quasi cursores, uitæ lampada tradunt.
 Si cessare putas rerum primordia posse,
 Cessandoq; nouos rerum progignere motus,
 Auius à uera longe ratione uageris.
 Nam, quoniam per inane uagentur cuncta, necesse est
 Aut grauitate sua ferri primordia rerum.

Aut ictu forte alterius. nam cita superne
 Obuia confluxere, ut uti diuersa repente
 Dissiliant, neq; enim mirum, durissima quæ sint
 Ponderibus solidis, neq; quicq; à tergbus obstat.
 Et quo iactari magis omnia materiai
 Corpora peruideas, reminiscere totius inum
 Nil esse in summa, neq; habere ubi corpora prima
 Consistant, quoniam spatium sine fine, modoq; est.
 Immensumq; patere in cunctas undiq; partes,
 Pluribus ostendi, & æta ratione probatum est.
 Quod quoniam constat, nimirum nulla quies est
 Reddita corporibus primis per inane profundum.
 Sed magis assiduo, uarioq; exercita motu,
 Partim interuallis magnis consucta resultant,
 Pars etiam breuibus spatiis uexantur abictu.
 Et quæcunq; magis condense conciliatu,
 Exiguis interuallis conuecta resultant,
 Indupedita suis perplexis ipsa figuris.
 Hæc ualidas saxi radices, & fera ferri
 Corpora constituunt, & cætera de genere horum
 Paucula, quæ porro magnum per inane uagentur.
 Cætera dissiliunt longe, longeq; recursant
 In magnis interuallis. hæc æra rarum
 Sufficiunt nobis, & splendida lumina solis.
 Multaq; præterea magnum per inane uagentur
 Conciliis rerum, quæ sunt reiecta, nec usquam
 Consociare etiam motus potuerunt recepta,
 Cuius, uti memorabo, rei simulacrum, & imago
 Ante oculos semper nobis uersatur, & instat.
 Contemplator enim, cum solis lumina, cumq;

Insertim fundunt radios per opaca domorum,
 Multa minuta modis multis per inane uidebis
 Corpora misceri radiorum lumine in ipso,
 Et uelut æterno certamine prælia, pugnasq;
 Edere tymatim certantia, nec dare pausam
 Conciliis, & disidiis exercita crebris,
 Coniurare ut possis ex hoc, primordia rerum
 Quale sit in magno iactari semper inani,
 Duntaxat rerum magnarum hæc parua potest res
 Exemplare dare, & uestigia notitiae.
 Hoc etiam magis ad hæc animum te aduertere par est.
 Corpora, quæ in solis radiis turbare uidentur,
 Quod tales turbæ motus quoq; materidæ
 Significant clandestinos, cæcosq; subesse.
 Multa uidebis enim plagis ibi percita cæcis
 Commutare uiam, retroq; repulsa reuerti
 Nunc huc, nunc illuc, in cunctas undiq; partes.
 Scilicet hic à principiis est omnibus error.
 Prima mouentur enim per se primordia rerum,
 Inde ea quæ paruo sunt corpora conciliata,
 Et quasi proxima sunt ad uireis principiorum,
 Ictibus illorum cæcis impulsa ciuntur,
 Ipsaq; quæ porro paulo maiora, læssa sunt,
 Sic à principiis ascendit motus, & exit
 Paulatim nostros ad sensus, ut moueantur
 Illa quoq; in solis quæ lumine æternere quimus,
 Nec quibus id faciunt plagis apparet aperte.
 Nunc, quæ mobilitas sit reddita materidæ
 Corporibus, paucis licet hinc cognoscere Memmi.
 Primum aurore nouo cum spargit lumine terras,

Et uariae uolucres nemora auiæ peruolantes
 Aera per tenerum liquidis loca uocibus opplent.
 Quam subito soleat sol ortus tempore tali
 Conuestire sua perfundens omnia luce,
 Omnibus in promptu, manifestumq; esse uidemus.
 At uaporis, quem sol mittit, lumenq; serenum,
 Non per inane meat uacuum, quod tardius ire
 Cogitur, aërias quod sol diuerberat undas,
 Nec singillatim corpuscula quæq; uapores,
 Sed complexa meant inter se, conq; globata.
 Quapropter simul inter se turbantur, & extra
 Officiuntur, uti cogantur tardius ire.
 At, quæ sunt solida primordia simplicitate,
 Cum per inane meant uacuum, nec res remotatur
 Vlla foris, atq; ipsa suis è paribus unum,
 Vnum in quem cœpère locum, connexa feruntur,
 Debent nimirum præcellere mobilitate,
 Et multo citius ferri, q̄ lumina solis,
 Multiplexq; loca spatium transcurrere eodem
 Tempore, quo solis peruulgent fulgura calum.
 Nam neq; consilio debent tardata morari,
 Nec perfectari primordia singula quæq;
 Ut uideant, quæ quidq; geratur cum ratione.
 At quidam contra hæc ignari materiai,
 Naturam non posse deum sine numine rentur
 Tantopere humanis rationibus admoderari.
 Tempora mutare annorum, frugesq; create.
 Et iam cætera mortales quæ suadet adire,
 Ipsaq; deducit dux uitæ dia uoluptas,
 Ut res per ueneris blandinum sacra propagent,

Ne genus occidat humanum, quorum omnia causa
 Constituisse deos fingunt. sed in omnibus rebus
 Magnopere à uera lapsi ratione uidentur.
 Nam quis rerum ignorem primordia quæ sint,
 Hoc tamen ex ipsis cæli rationibus ausim
 Confirmare, aliisque ex rebus reddere multis,
 Nequaquam nobis diuinitus esse creatam
 Naturam mundi, quæ tanta est prædita culpa,
 Quæ tibi posterius Memmi faciemus aperta.
 Nunc id quod superest, de motibus expediemus.
 Nunc locus est (ut opinor) in his illud quoque rebus
 Confirmare tibi, nullam rem posse sua uis
 Corpoream sursum ferri, sursumque meare,
 Ne tibi dent timeo flammæ corpora fraudem.
 Sursum enim uersus gignuntur, et augmina sumunt.
 Et sursum nitidæ fruges, arbustaque crescunt.
 Pondera quantum in se est, cum deorsum cuncta ferantur,
 Nec cum subsiliunt ignes ad tecta domorum,
 Et celeri flamma degustant tigna, trabesque,
 Sponte sua facere id sine uis subiecta putandum est.
 Quod genus, è nostro cum missus corpore sanguis
 Emicat exultans alte, spargitque cruorem.
 Nonne uides etiam, quanta uis tigna, trabesque
 Respuat humor aquæ? nam quo magis ut quimus altius
 Directa, et magna uis multum pressimus ægre,
 Tam cupide sursum remouet magis, atque remittit,
 Plus ut parte foras emergant, exiliantque.
 Nec tamen hæc quantum est in se dubitamus opinor,
 Quin uacuum per inane deorsum cuncta ferantur.
 Sic igitur debent flammæ quoque posse per auræ

Aeris expressæ sursum succedere, quanq̄
 Pondera quæ in se est, deorsum deducere pugnent.
 Nocturnasq; faces cæli sublime uolantis
 Non ne uides longos flammæ ductu tractus,
 In quasq; dedit partem natura meam?
 Non cadere in terram stellas, & sidera æternis?
 Sol etiam ætherio de uertice dissipat omnes
 Ardorem in partem, & lumine ænserit arua.
 In terris igitur quoq; solis uergitur ardor,
 Transuersosq; uolare per imbres fulmina æternis.
 Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
 Concursant, cadit in terras uis flammea uulgo.
 Illud in his quoq; te rebus cognoscere auemus,
 Corpora, cum deorsum rectum per inane feruntur,
 Ponderibus propriis incerto tempore ferri,
 Incertisq; locis spatio decedere paulum,
 Tantum, quod momen mutatum dicere possis.
 Quod nisi declinare solerent, omnia deorsum,
 Imbris uti gutta, caderent per inane profundum,
 Nec foret offensus natus, nec plaga creata
 Principiis, ita nil unq; natura creasset.
 Quod si forte aliquis credit grauiora potesse
 Corpora, quo citius rectum per inane ferantur,
 Incidere ex supero leuioribus, atq; in plagis
 Gignere, quæ possint genitales reddere motus,
 Auius à uera longe ratione recedit.
 Nam per aquas quæcunq; cadunt, atq; æra deorsum,
 Hæc pro ponderibus casus ælerare necesse est.
 Propterea, quia corpus aquæ, naturaq; tenuis
 Aeris haud possunt æque rem quancq; morari.

sublime

Sed citius credunt grauioribus exuperatæ.
 At contra nulli de nulla parte, neq; ullo
 Tempore inane potest uacuum subsistere reū,
 Quin sua quod natura petit, concedere pergat.
 Omnia quæ propter debent per inane quietom
 Aequæ ponderibus non æquis concita ferri.
 Haud igitur poterunt leuioribus incidere unq̄
 Ex supero grauiora, neq; ictus gignere per se,
 Qui uariet motus, per quos natura gerat res.
 Quare etiam atq; etiam paulum inclinare necesse est
 Corpora, nec plus q̄ minimum, ne fingere motus
 Obliquos uideamur, & id res uera refuit.
 Namq; hoc in promptu, manifestumq; esse uidemus,
 Pondera quantum in se est, non posse obliqua meare
 Ex supero cum præcipitant, quod ærnerè possis.
 Sed nihil omnino recta regione uia
 Declinare quis est, qui possit cernere sese.
 Deniq; si semper motus annectitur omnis,
 Et uetere exoritur semper nouus ordine certo,
 Nec declinando faciunt primordia motus
 Principium quoddam, quod fati fœdera rumpat,
 Ex infinito ne causam causa sequatur,
 Libera per terras unde hæc animantibus extat,
 Vnde est hæc inq̄ fati auulsa uoluptas?
 Per quam progredimur, quo ducit quenq; uoluntas.
 Declinamus item motus, nec tempore certo,
 Nec relligione loci certa, sed ubi ipsa uoluit mens.
 Nam dubio procul his rebus sua cuiq; uoluntas
 Principium dat, & hinc motus per membra rigantur.
 Non ne uides etiam patifacilis temporis puncto

Carceribus, non posse tamen prorumpere equorum
 Vim cupidam tam de subito, quæ mens auct ipsa.
 Omnis enim totum per corpus material
 Copia conquiri debet, concita per artus
 Omnis, ut studium mentis connexa sequatur.
 Ut uideas initium motus à corde creati,
 Ex animiq; uoluntate id procedere primum,
 Inde dari porro per totum corpus & artus,
 Nec simile est, ut cum impulsu procedimus ictu,
 Viribus alterius magnis, magnoq; coactu.
 Nam tum materiem totius corporis omnem
 Perspicuum est nobis inuitis ire, rapiq;
 Donec clausa refrenauit per membra uoluntas.
 Iam ne uides igitur, quam uix extrema multos
 Pellit, & inuitos cogit procedere saepe,
 Præcipientesq; rapit, tamen esse in pectore nostro
 Quiddam, quod contra pugnare obstareq; possit,
 Cuius ad arbitrium quoq; copia material
 Cognitur interdum flecti per membra, per artus,
 Et proiecta refrenatur, retroq; residet.
 Quare in seminibus quoq; idem satiare necesse est,
 Esse aliam præter plagas, & pondera causam
 Motibus, unde hæc est ollis innata potestas,
 De nihilo quoniam fieri nil posse uidemus.
 Ponderus enim prohibet, ne plagis omnia fiant,
 Externa quasi ui, sed ne res ipsa necessum
 Intestinum habeat cunctis in rebus agendis,
 Et deuicta quasi cogatur ferre, patiq;
 Id facit exiguum clinamen principiorum.
 Nec regione loci certa, nec tempore certo.

LIB.

Nec stipata magis fuit unquam materialis
 Copia, nec porro maioribus intervallis,
 Nam neque adaugebat quicquam, nec deperit inde.
 Quapropter quo nunc in motu principiorum
 Corpora sunt, in eodem antea aetate fuerunt,
 Et posthac semper simili ratione ferentur.
 Et quae consueverint gigni, gignentur eadem
 Conditione, et erunt, et crescant, inque ualebunt,
 Quantum cuique datum est per foedera naturae.
 Nec rerum summam commutare ulla potest uis.
 Nam neque quo possit genus ullum materialis
 Effugere, ex omni quicquam est, neque rursus in omne,
 Unde coorta queat noua uis irrumpere, et omnem
 Naturam rerum mutare, et ueteris motus.
 Illud in his rebus non est mirabile, quare,
 Omnia cum rerum primordia sint in motu,
 Summa tamen summa uideatur stare quiete,
 Praeterquam si quid proprio dat corpore motus.
 Omnis enim longe nostris ab sensibus infra
 Primorum natura iacet, quapropter ubi ipsam
 Cernere iam nequeas, motus quoque surpere debent,
 Praesertim cum quae possimus cernere, caelent
 Saepae tamen motus spatio deducta locorum.
 Nam saepe in colli ton dentes fabula lata
 Lanigera reptant pecudes, quo quanque uocantes
 Inuiant herbae gemmantis rore recenti,
 Et satiati agni ludunt, blandique conuiscunt
 Omnia, quae nobis longe confusa uidentur,
 Et ueluti in uiridis candor consistere colli.
 Praeterea, magnae legiones cum loca cursum
 Camporum

Camporum amplect bellis simulacra cientes,
 Fulgur ibi ad caelum se tollit, totaq; circum
 Aere renidescat tellus, subterq; uirum ui
 Exaurit pedibus sonitus, clamoreq; montes
 Icti reieciant uoces ad sidera mundi.
 Et circumuolitant equites, mediosq; repente
 Transmittunt ualido quatientes impete campos.
 Et tamen est quidam locus altis montibus, unde
 Stare uidentur, & in campis consistere fulgur.
 Nunc age iam deinceps cunctarum exordia rerum,
 Qualia sint, & q̄ longe distantia formis,
 Percipe, multigenis q̄ sint uariata figuris.
 Non quo multa parum simili sint praedita forma,
 Sed quia non uulgo paria omnibus omnia constant,
 Nec mirum, nam cum sit eorum copia tanta,
 Ut neq; finis (uti docui) neq; summa sit ulla,
 Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
 Esse pari filo, similiq; affecta figura.
 Praeterea genus humanum, mutaq; natantes
 Squamigerum, pecudes, & laeta arbusta, feraq;
 Et uariae uolucres, latantiaq; loca aquarum
 Concelebrant circum ripas, fonteisq; lacusq;
 Et quae peruulgant nemora auiæ peruoluitantes,
 Horum unum quoduis generatim sumere perge,
 Inuenies tamen inter se distare figuris.
 Nec ratione alia proles cognoscere matrem,
 Nec mater possit prolem, quod posse uidemus,
 Nec minus, atq; homines inter se nota cluere.
 Nam saepe ante deum uitulus delubra decora
 Thuricremas propter mactatus concidit aras,



Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.
 At mater uirideis saltus orbata per a grans,
 Linqvit humi pedibus uestigia pressa bisulcis
 Omnia conuisens oculis loca, si queat usquam
 Conspicere amissum factum, completq; querelis
 Frondiferum nemus assistens, et crebra reuisit
 Ad stabulum, desiderio perfixa iuuenta.
 Nec teneræ salices, atq; herbæ tunc uigentes,
 Fluminaq; ulla queunt summus labentia ripis
 Oblectare animum, subitamq; auertere curam.
 Nec uitulorum aliæ species per pabula læta
 Deriuare queunt animum, curamq; leuare,
 Usque adeo quiddam proprium, notumq; requirit.
 Præterea, teneri tremulis cum uocibus hedi
 Cornigeras norunt matres, a gniq; petula
 Balatum pecudis, ita quod natura reposit,
 Ad sua quisq; ferè decurrunt hubera lactis.
 Postremo quoduis frumentum, non tamen omne
 Quodq; suo genere inter se simile esse uidebis,
 Quin intercurrat quædam distantia formis.
 Concharumq; genus parili ratione uidemus
 Pingere telluris gremium, qua mollibus undis
 Litoris incurui bibulam lauit æquor arenam.
 Quare etiam atq; etiam simili ratione necesse est,
 Natura quoniam constant, neq; facta manu sunt,
 Vnius ad certam formam primordia rerum
 Dissimili inter se quædam uolitare figura,
 Perfacile est animi ratione exoluere nobis.
 Quare fulmineus multo penetratius ignis,
 Quam noster fluat è tædis terrestribus ortus,

Dicere enim possis caelestem fulminis ignem
 Subtilem magis è paruis constare figuris,
 Atq; ideo transire foramina, quæ nequit ignis
 Noster de lignis ortus, terræq; creatus.
 Præterea, lumen per cornu transit, at imber
 Respuitur, quare? nisi luminis illa minora
 Corpora sunt, q̄ de quibus est liquor almus aquarum.
 Et quanuis subito per colum uina uidemus
 Perfluere, at contra tardum cunctatur oliuum.
 Aut quia nimirum maioribus est elementis,
 Aut magis hamatis inter se, perq; plicatis.
 Atq; ideo fit, uti non tam diducta repente
 Inter se possint primordia singula quæq;
 Singula per cuiusq; foramina permanere.
 Huc accedit, uti mellis, lactisq; liquores
 Iucundo sensu linguæ tractentur in ore.
 At contra tetra absinthi natura, feriç;
 Centauri, sædo pertorquent ora sapore.
 Ut facile agnoscas è leuibus, atq; rotundis
 Esse ea, quæ sensus iucunde tangere possunt.
 At contra quæ amara, atq; aspera cunq; uidentur,
 Hæc magis hamatis inter se nexa teneri,
 Proptereaq; solere uias rescindere nostris
 Sensibus, introituq; suo ferrumpere corpus.
 Omnia postremo bona sensibus, & mala tactu,
 Dissimili inter se pugnant perfecta figura.
 Ne tu forte putes serræ stridentis acerbum
 Horrorem constare elementis leuibus æque,
 Ac musæa mele per cordas, organici quæ
 Nobilibus digitis expergefacta figurant.

Neu simili penetrare putes primordia forma
 In nates hominum, cum tetra cadauera torrent,
 Et cum scena croæ cilia perfusa recens est,
 Atq; panchæos exalat propæ odoros.
 Ne' ue bonos rerum simili constare colores
 Semine constituas, oculos qui pascere possunt,
 Et qui compungunt aciem, lachrymareq; cogunt,
 Aut fœda specie turpes, olidiq; uidentur.
 Omnis enim sensus quæ mulcet causa, iuuatq;
 Aut sine principali aliquo leuiore creata est,
 Aut contra, quacumq; molesta, atq; aspera constat,
 Non aliquo sine materiæ squalore reperta.
 At quæ lenis, & est iucundo prædita sensu,
 Hæc aliquo sine seminio grauiore creata est.
 Sunt etiam quæ iam nec leuia iure putantur
 Esse, neq; omnino flexis mucronibus unca,
 Sed magis angelis paulum prostantibus, & quæ
 Titillare magis sensus, q̄ lædere possunt,
 Facula iam quo de genere est, uiniq; saporos.
 Deniq; iam calidos igneis, gelidamq; pruina,
 Dissimili tentata modo compungere sensus
 Corporis indicio nobis est tactus uterq;
 Tactus enim tactus, proh diuûm numina sancta,
 Corporis est sensus, uel cum res externa se se
 Insinuat, uel cum lædit, quæ in corpore nata est,
 Aut iuuat egrediens genitales per ueneris res,
 Aut ex offensa cum turbant corpore in ipso
 Semina, confunduntq; inter se concata sensum.
 Ut si forte manu quanuis iam corporis ipse
 Tu te tibi partem ferias, æq; experiare.

Quapropter longe formas distare necesse est
 Principiis, uarios quæ possint edere sensus.
 Deniq; quæ nobis durata, ac spissa uidentur,
 Hæc magis hamatis inter sese esse necesse est,
 Et quasi per ramos alte compacta teneri.
 In quo iam genere in primis adamantina saxa
 Prima acie constant, ietus contemnere sueta,
 Et ualidi filices, ac duri robora ferri,
 Aeraq; quæ claustris restantia uociferantur.
 Illa quidem debent ex leuibus, atq; rotundis
 Esse magis, fluido quæ corpore liquida constant.
 Namq; papaueris haustus itum est facilis, q; aquarum
 Nec retinentur enim inter se glomeramina quæq;
 Et procursus item in procliue uolubilis extat.
 Omnia postremo quæ puncto temporis ænis
 Diffugere, ut fumum, nebulasq; flammæq; necesse est,
 Si minus omnino sint leuibus, atq; rotundis,
 At, non esse tamen perplexis indupedita,
 Pungere uti possint corpus, penetrareq; saxa.
 Nec tamen hæere inter se, quod quisq; uidemus
 Sensibus esse datum, facile ut cognoscere possis
 Non è perplexis, sed acutis esse elementis.
 Sed q; amara uides, eadem quæ fluuida constant,
 Sudor uti maris, est minime mirabile habendum.
 Nam quod fluuidum est, è leuibus, atq; rotundis
 Est. at leuibus, atq; rotundis mista doloris
 Corpora, nec tantum hæc retinere hamata, necessum
 Scilicet esse globosa tamen, cum squalida consistunt.
 Prouolui simul ut possint, & laedere sensus.
 Et quo mista prius magis aspera leuibus esse

Principiis, unde est neptuni corpus acerbum,
 Est ratio discernendi, scorsumq; uidendi.
 Humor dulcis ubi per terras crebrius idem
 Percolatur, ut in foueam fluat, ac mansuescat.
 Linquit enim supra tetræ primordia uiri
 Aspera, & magis in terris hærescere possunt.
 Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ
 Ex hoc apta fidem ducat, primordia rerum
 Finitas uariare figurarum rationes.
 Quod si non ita sit, rursum iam semina quædam
 Esse infinito debebunt corporis auctu,
 Namq; eadem una cuiusuis in breuitate,
 Corporis inter se multum uariare figuræ
 Non possunt, factæ enim minimis è partibus esse
 Corpora prima tribus, uel paulo pluribus auge.
 Nempe ubi eas partes unius corporis omnes
 Summa, atq; ima locans transmittas dextera leuis,
 Omnimode expertus fueris, q̄ quisq; det ordo
 Formarum speciem totius corporis eius.
 Quod superest, si forte uoles uariare figuras,
 Addendum partem alias erit, inde sequetur
 Ac simili ratione alias, ut postulet ordo,
 Si tu forte uoles etiam uariare figuras.
 Ergo formarum nouitatem corporis augmen
 Subsequitur. quare non est ut credere possis,
 Esse infinitis distantia semina formis.
 Ne quædam cogas inmani maximitate
 Esse, supra quod iam docui, non posse probari.
 Iam tibi barbaricæ uestes, meliboræq; fulgens
 Putpate thessalico concharum tincta colore,

Aurea pavonum rident imbuta lepore.
 Sedulo quæ rerum superata colore iacerent,
 Et contemptus odor myrrha, mellisq; sapor,
 Et cynea mele, phœbeaq; dædala chordis
 Carmina consimili ratione oppressa silerent.
 Nanq; aliis aliud præstantius exoreretur.
 Cedere item retro possent in deteriores
 Omnia sic partes, ut diximus, in meliores,
 Nanq; aliis aliud retro quoq; tetrius esset
 Naribus, auribus, atq; oculis, orisq; sapor.
 Quæ quoniam non sunt in rebus redditæ, certa
 Finis utrinq; tenet summam, fatiare necesse est
 Materiem quoq; finitis differre figuris.
 Deniq; ab ignibus ad gelidas hyemisq; pruinas
 Finitum est, retroq; pari ratione remensum.
 Finis enim calor, ac frigus, mediq; tepores
 Inter utrunq; iacent explentes ordine summam.
 Ergo finita distant ratione creatæ,
 Ancipiti quoniam mucrone utrinq; notantur,
 Hinc flammis, illinc rigidis infessa pruinis.
 Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ
 Ex hoc apta fidem ducit primordia rerum,
 Inter se simili quæ sunt perfecta figura.
 Infinita cluere enim distantia cum sit
 Formarum finita, necesse est, quæ similes sint,
 Esse infinitas, aut summam materiam
 Finitum constare, id quod non esse probavi.
 Quod quoniam docui, nunc suaviloquis age paucis
 Versibus ostendam corpuscula materiam
 Ex infinito summam rerum usq; tenere,

Vndiq; protelo plagarum continuato.
 Nam q̄ rara uides magis esse animalia quædam,
 Fœcundanq; magis naturam cernis in illis,
 At regione, lociq; alio, terrisq; remotis
 Multa licet genere esse in eo, numerumq; repleri,
 Sicuti quadrupedum, cum primis esse uidemus.
 In genere anguimanos elephantos, india quorum
 Millibus è multis uallo munitur eburno,
 Ut penitus nequeat penetrari, tanta ferarum
 Vis est, quarum nos per pauca exempla uidemus.
 Sed tamen id quoq; uti concedam, quamlibet esto
 Vnica res quædam natiuo corpore sola,
 Cui similis toto terrarum non sit in orbe,
 Infinita tamen nisi erit uis materiali,
 Vnde ea progigni possit concepta, creati
 Non poterit, neq; quod superest, procreſcere, aliq;.

Quippe & enim sumant oculi finita per omne
 Corpora iactari unius genitalia reii.
 Vnde, ubi, qua ui, & quo pacto congressa uibunt
 Materia tanto in pelago, turbaq; aliena?
 Non (ut opinor) habent rationem conciliandi,
 Sed quasi naufragis magnis, uentisq; æortis,
 Dissectare solet magnum mare, tranſtra, carinam,
 Antennas, proram, malos, tonsasq; natantes,
 Per terrarum omnes oras fluitantia aplusa
 Ut uideantur, & indicium mortalibus edant,
 Infidi maris insidias, uireisq; dolumq;
 Ut uitare uelint, ne' ue ullo tempore credant,
 Subdola cum ridet placidi pellacia ponti.
 Sic tibi si finita semel primordia quædam

Constitues, æuum debebunt sparsa per omne
 Distinctare æstus diuersi materiam,
 Nunq̄ in concilium ut possint compulsa coire,
 Nec remorari in concilio, nec crescere ad aucta,
 Quorum utrunq; palam fieri manifesta docet res,
 Et res progigni, & genitas procreare posse.
 Esse igitur genere in quouis primordia rerum
 Infinita palam est, unde omnia suppeditantur,
 Nec superare queunt motus utiq; exitiales
 Perpetuo, neq; in æternum sepelire salutem.
 Nec porro rerum genitalis, auctificaq;
 Motus perpetuo possunt seruare creatæ.
 Sic æquo geritur certamine principiorum,
 Ex infinito contractum tempore bellum,
 Nunc hic, nunc illic superant uitalia rerum,
 Et superantur itum, miscetur funere uagor,
 Quem pueri tollunt uisentes luminis oras.
 Nec nox ulla diem, neq; noctem aurora secuta est.
 Quæ non audierit mistos uagibus ægris
 Ploratus, mortis comites & funeris atri.
 Illud in his obsignatum quoq; rebus habere
 Conuenit, & memori mandatum mente tenere,
 Nil esse in promptu, quorum natura uidentur,
 Quod genere ex uno consistat principiorum,
 Nec quicq̄, quod non permixtum semine constet.
 Et quo quicq; magis uis multas possidet in se,
 Atq; potestates, ita plurima principiorum
 In sese genera, ac uarias docet esse figuras.
 Principio tellus habet in se corpora prima,
 Vnde mare immensum uoluentes flumina fontes

Assidue reuomunt, habet ignes unde oriantur.
 Nam multis succensa locis ardent sola terra.
 Ex imis uero furit ignibus impetus ætæ.
 Tum porro nitidas fruges, arbustaq; late
 Gentibus humanis habet unde extollere possit.
 Vnde etiam fluidas frondes, et pabula lata
 Montiuago generi possit præbere ferarum.
 Quare magna deum mater, materq; ferarum,
 Et nostri genitrix, hæc dicta est corporis una.
 Hanc ueteres graiùm docti cecinere poetæ
 Sedibus in curru biugos agitare leones,
 Aeris in spatio magnam pendere docentes
 Tellurem, neq; posse in terra sistere terram.
 Adiunxere feras, q; quanuis effera proles,
 Officiis debet molliri uicta parentum,
 Muraliq; caput summum cinxere corona,
 Ex imis munita locis q; sustinet urbeis,
 Quo nunc insigni per magnas prædita terras
 Horrificæ fertur diuinæ matris imago.
 Hanc uariæ gentes antiquo more sacrorum
 Idæam uocant matrem, phrygiasq; cæteruas
 Dant amites, quia primum ex illis finibus edunt
 Per terrarum orbem fruges cœpisse creari.
 Gallos attribuunt, quia numen qui uiolarint
 Matris, et ingrati genitoribus inuenti sunt,
 Significare uolunt indignos esse putandos,
 Viuam progeniem qui in oras luminis edant.
 Tympana tenta tonant palmis, et cymbala circum
 Concaua, rancifonoq; minantur cornua cantu,
 Et phrygio stimulat numero caua tibia mentis.

TELAſq; præportant uiolentiſigna furoris,
 Ingratos animos, atq; impia pectora uulgi
 Conterrere metu quæ poſſint numine diuæ.
 Ergo cum primum magnas inuecta per urbis
 Munificat tacita mortaleis noua ſalute,
 Aere atq; argento ſternunt iter, omnia circum
 Largifica ſtipe ditantes, ninguntq; roſarum
 Floribus umbrantes matrem, comitunq; cateruas.
 Hic armata manus (curetas nomine graui
 Quos memorant phrygios) inter ſe forte cateruæ
 Ludunt, in numerumq; exultant ſanguine læti,
 Terrificas caputum quatientes numine criſtas.
 Diſtaos referunt curetas, qui iouis illum
 Vagitem in creta quondam occultaffe ſeruntur,
 Cum pueri circum puerum pernixe choreæ
 Armati in numerum ſtarent, pernixe choreæ
 Armati in numerum pulſarent aribus æra,
 Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus,
 Aeternumq; daret matri ſub pectore uulnus.
 Propterea magnam armati matrem comitantur,
 Aut quia ſignificant diuam prædicere, ut armis
 Ac uirtute uelint patriam defendere terram,
 Præſidioq; parent, decoriq; parentibus, eſſe.
 Quæ bene, et eximie quauis diſpoſita ferantur,
 Longe ſunt tamen à uera ratione repulſa.
 Omnis enim per ſe diuûm natura neceſſe eſt
 Immortali æuo ſumma cum pace fruatur,
 Semota à noſtris rebus, ſciuntq; atq; longe.
 Nam priuata dolore omni, priuata periculis,
 Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiget noſtri,

LIB.

Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.
 Terra quidem uero caret omni tempore sensu,
 Et quia multarum pōitur primordia rerum,
 Multa modis multis effert in lumina solis,
 Hic si quis mare neptunum, ceteremq; uocare
 Constituet fruges, & bacchi nomine abuti
 Mauult, q̄ laticis proprium proferre uocamen,
 Concedamus ut hic terrarum dicitur orbem
 Esse deum matrem, dum uera re tamen haud sit.
 Sæpe itaq; ex uno tondentes gramina campo
 Lanigeræ pecudes, & equorum duellia proles,
 Buceraq; greges eodem sub tegmine cæli,
 Ex unoq; sitim sedantes flumine aquai.
 Dissimili uiuunt specie, retinentq; parentum
 Naturam, & mores generatim quæq; imitantur,
 Tanta est in quouis genere herbæ materiali
 Dissimilis ratio, tanta est in flumine quoq;.
 Hinc porro quemuis animantem ex omnibus unum
 Ossa, cruor, uena, calor, humor, uiscera, nerui
 Constituant, quæ sunt porro distantia longe
 Dissimili perfecta figura principiorum.
 Tum porro quæcunq; igni flammata cremantur,
 Si nil præterea tamen hæc in corpore tradunt,
 Vnde ignem iacere, & lumen submittere possint,
 Scintillasq; agere, ac late differre fauillam?
 Cætera consimili mentis ratione perâ grans
 Inuenies igitur multarum semina rerum
 Corpora cælare, & uarias exhibere figuras.
 Deniq; multa uides, quibus est odor, & sapor unâ,
 Et tantum cupido contingere dente parato

Reddita sunt, cum adolent in primis pleraq; dona.
 Hæc igitur uariis debent constare figuris,
 Nidor enim penetrat, qua succus non it in artus.
 Succus item seorsum, & rerum sapor insinuat
 Sensibus, ut noscās primis differre figuris.
 Dissimiles igitur formæ glomeramen in unum
 Conueniunt, & res permixto semine constant.
 Quin etiam passum nostris in uersibus ipsis
 Multa elementa uides multis communia uerbis,
 Cum tamen inter se uersus, ac uerba necesse est
 Constatere alia ex aliis constare elementis.
 Non quo multa parum communis littera currat,
 Aut nulla inter se duosint ex omnibus eadem,
 Sed quia non uulgo paria omnibus omnia constant.
 Sic aliis in rebus iam communia multa,
 Multarum rerum cum sint primordia, longe
 Dissimili tamen inter se consistere summa
 Possunt, ut merito ex aliis constare ferantur
 Humanum genus, ac fruges, arbustaq; licta.
 Nec tamen omnimodis connecti posse putandum est
 Omnia, nam uulgo fieri portenta uideres,
 Semiferas hominum species existere, & altos
 Interdum ramos egigni corpore uiuo,
 Multaq; connecti terrestria membra marinis.
 Tum flammam tetra spirantis ore chimeras
 Pasce naturam per terras omniparentis.
 Quorum nil fieri manifestum est, omnia quando
 Seminibus artus, certa genitrice creatis
 Conseruare genus crescentia posse uidemus,
 Scilicet id certa fieri ratione necesse est.

Nam sua cuiq; cibis ex omnibus intus in artus
 Corpora discedunt, connexaq; conuenientes
 Efficiunt motus. at contra aliena uidemus
 Reiiicere in terras naturam, multaq; cæcis
 Corporibus fugiunt è corpore percita plagis,
 Quæ neq; connecti cuiq; potuere, neq; intra
 Vitaleis motus consentire, atq; imitari.
 Sed ne forte putes animalia sola teneri
 Legibus his, quædam ratio discriminat omnia.
 Nam ueluti tota natura dissimiles sunt
 Inter se genitæ res quæq; , ita quanq; necesse est
 Dissimili constare figura principiorum.
 Non quo multa parum simili sint prædita forma,
 Sed q; non uulgo paria omnibus omnia consent,
 Semina cum porro distent, differre necesse est
 Intra ualla, uias, connexus, pondera, plagas,
 Concursus, motus, quæ non animalia solum
 Corpora seiungunt, sed terras, ac mare totum
 Secernunt, cælumq; à terris omne reuertant.
 Nunc age dicta meo dulci quæ sita labore
 Percipe, ne forte hæc ex albis alba rearis
 Principiis esse, ante oculos quæ candida cernis,
 Aut ea quæ nigrant nigro de semine nata,
 Ne' ue alium quemuis, quæ sunt imbuta colorem,
 Propterea gerere hunc credas, q; materiali
 Corpora consimili sint eius tincta colore.
 Nullus enim color est omnino materiali
 Corporibus, neq; par rebus, neq; deniq; dispar,
 In quæ corpora si nullus tibi forte uidetur
 Possesse animi iniectus fieri, procul auius erras.

Nam cum cacigeni solis qui lumina nunq̄
 Aspexere, tamen cognoscant corpora tactu,
 Ex incunte auro nullo contracta colore,
 Scire licet menti quoq; nostræ corpora posse
 Verti in notitiam nullo circumlita fuo.
 Deniq; nos ipsi cæcis quæcunq; tenebris
 Tangimus, haud ullo sentimus tincta colore,
 Quod quoniam uincto fieri, nunc esse docebo.
 Omnis enim color omnino mutatur in omnia,
 Quod facere haud ullo debent primordia pacto
 Immutabile enim quiddam superare necesse est,
 Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.
 Nam quodcunq; suis mutatum finibus exit,
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.
 Proinde colore caue contingas semina rerum,
 Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes.
 Præterea, si nulla coloris principis est
 Reddita natura, at uariis sunt prædita formis,
 E quibus omnigenos gignunt, uariantq; colores.
 Propterea magni q̄ refert, semina quæq;
 Cum quibus, & quali positura contineantur,
 Et quos inter se dent motus, accipiantq;
 Perfacile exemplo rationem ut reddere possis,
 Cur ea, quæ nigro fuerint paulo ante colore,
 Marmoreo fieri possunt candore repente.
 Ut mare, cum magni commorunt æquora uenti,
 Vertitur in caecos candenti marmore fluctus.
 Dicere enim possis nigrum, quod sæpe uidemus,
 Materies ubi permista est illius, & ordo.
 Principis mutatus, & addita, dempraq; quædam,

Continuo id fieri ut candens uideatur, & album.
 Quod si caruleis constarent a quora Ponti
 Seminibus, nullo possent albescere pacto.
 Nam quocunq; modo perturbes, carula quæ sint,
 Nunq; in marmoreum possunt migrare colorem.
 Sin alio, atq; alio sunt semina tincta colore,
 Quæ maris efficiunt unum, putumq; nitorem,
 Ut sæpe ex aliis formis, uariisq; figuris
 Efficitur quiddam quadratum, unaq; figura est,
 Conueniebat, uti in quadrato cernimus esse
 Dissimileis formas, ita cernere in a quora Ponti,
 Aut alio in quouis uno, puroq; nitore
 Dissimileis longe inter se, uariosq; colores.
 Præterea, nihil efficiunt, obstantq; figuræ
 Dissimiles, quo quadratum minus esset in illis.
 At uarii rerum impediunt, prohibentq; colores,
 Quo minus esse uno possit res tota nitore.
 Tum porro quæ ducit, ut illicitum hoc tribuamus.
 Principiis rerum nonnunq; causa coloris
 Occidit, ex albis quoniam non alba creantur,
 Nec quæ nigra cluent, de nigris, sed uariantur.
 Quippe & enim multo procluius exorientur
 Candida de nullo, q; nigro nata colore,
 Aut alio quouis, qui contra pugnet, & obstet.
 Præterea, quoniam nequeunt sine luce colores
 Esse, neq; in luce existunt primordia rerum,
 Sare licet q; sint nullo uelata colore.
 Qualis enim cæcis poterit color esse tenebris?
 Lumine qui mutatur in ipso, propterea q
 Recta, aut obliqua percussus luce resulget,
 Pluma

Pluma columbarum quo pacto in sole uideatur,
 Quæ sua ceruicis circum, collumq; coronat.
 Namq; aliàs fit, uti claro fit tubra pyropo,
 Interdum quodam sensu fit, uti uideatur
 Inter caruleum uiridis miscere smaragdos.
 Cauda q; pauonis, latet cum luce repleta est,
 Consimili mutat ratione obuersa colores.
 Qui quoniam quodam gignuntur luminis ictu,
 Scire licet, sine eo fieri non posse putandum.
 Et quoniam plagæ quoddam genus excipit in se
 Pupula, cum sentire colorem dicitur album,
 Atq; aliud porro, nigrum cum, et cætera sentit,
 Nec refert ea quæ tangis, quo forte colore
 Prædita sint, uerum quali magis apta figura.
 Scire licet, nil principis opus esse colore,
 Sed uariis formis uariantis edere tactus.
 Præterea, quoniam nisi certis æta figuris
 Est natura coloris, et omnia principiorum
 Formamenta queunt in quouis esse nitore,
 Cur ea, quæ constant ex illis non pariter sunt
 Omnigenis persusa coloribus in genere omni:
 Conueniebat enim ætuos quoq; sæpe uolantis
 Ex albis album pennis iactare colorem,
 Et nigros fieri nigro de semine cycnos,
 Aut alio quouis uno, uarioq; colore.
 Quin etiam quanto in partibus res quæq; minutas
 Distrahitur magis, hoc magis est, ut æternere possis
 Euanescere paulatim, singuiq; colorem,
 Ut fit, ubi in paruas partes discernitur aurum.
 Purpura phœnicæq; color clarissimus multo,

Filatim cum distractus disperditur omnis,
 Noscere ut hinc possis, prius omnem efflare colorem
 Particulas, quæ discedant ad semina rerum.
 Postremo, quoniam non omnia corpora uocem
 Mittere concedis, neque odorem, propterea fit,
 Ut non omnibus attribuas sonitus, & odores,
 Sic oculis, quoniam non omnia cernere quimus,
 Scire licet, quædam tam constare orba colore,
 Quam sine odore ullo quædam, sonituque remota.
 Nec minus hæc animum cognoscere posse sagaxam,
 Quam quæ sunt aliis rebus priuata, notaque.
 Sed ne forte putes solo spoliata colore
 Corpora prima manere, etiam secreta teporis
 Sunt, ac frigoris omnino, calidique uaporis,
 Et sonitu sterilia, & succo ieiuna feruntur,
 Nec iaciunt ullum proprio de corpore odorem,
 Sicut amaracini blandum, statque liquorem,
 Et nardi florum nectar, qui naribus halant,
 Cum facere instituas, cum primis quætere par est.
 Quod licet, ac possis reperire inolentis oliui
 Natura, nullam quæ mittat naribus auram,
 Quam minime ut possit mistos in corpore odores,
 Conuictosque suo contactos perdere uiro,
 Propterea tandem debent primordia rerum
 Non adhibere suum gignendis rebus odorem,
 Nec sonitros, quoniam nihil ab se mittere possunt,
 Nec simili ratione saporem denique quenque,
 Nec frigus, neque item calidum, tepidumque uaporem.
 Cæteraque cum ita sunt tamen, ut mortalia consent,
 Mollia, lenta, fragosa, putricæua, corpore raro,

Omnia sint à principiis seiuncta necesse est.
 Immortalia si uolumus subiungere rebus
 Fundamenta, quibus nitatur summa salutis,
 Ne tibi res redeant ad nihilum fonditus omnes.
 Nunc ea, quæ sentire uidemus cunq; necesse est
 Ex insensilibus tamen omnia consistere
 Principiis constare, neq; id manifesta refutant,
 Nec contra pugnant, in promptu cognita quæ sunt,
 Sed magis ipsa manu ducunt, & credere cogunt,
 Ex insensilibus, quod dico, animalia gigni.
 Quippe uidere licet, uiuos existere uermes
 Stercore de tetra, putorem cum sibi nacta est
 Intempestiuus ex imbribus humida tellus,
 Præterea, cunctas itidem res uertere sese.
 Vertunt se fluuui in frondeis, & pabula late
 In pecudes, uertunt pecudes in corpora nostra
 Naturam, & nostro de corpore saepe ferarum
 Augescunt uires, & corpora pennipotentum.
 Ergo omnes natura cibos in corpora uiua
 Vertit, & hinc sensus animantium procreat omnis,
 Non alia longe ratione, atq; arida ligna
 Explicat in flammam, & in igneis omnia uersat.
 Iam'ne uides igitur magni primordia rerum
 Referre, in quali sint ordine quæq; locata,
 Et commista, quibus dent motus, accipiantq;?
 Tum porro quid id est animum quod percutit ipsum?
 Quod mouet, & uarios sensus exprumere cogit?
 Ex insensilibus nisi credas sensibile gigni.
 Nimirum lapides, & ligna, & terra quod una
 Mistâ, tamen nequeunt uitalem reddere sensum.

Illud in his igitur fœdus meminisse decebit,
 Non ex omnibus omnino, quæcunq; creant res,
 Sensile progigni exemplo, ac producere sensus.
 Sed magni referre, ea primum quantum consistent,
 Sensile quæ faciunt, & quæ sint prædita forma,
 Motibus, ordinibus, posituris, deniq; quæ sint,
 Quarum nil rerum in lignis, glebisq; uidemus.
 Et tamen hæc cum sunt quasi putrefacta per imbreis,
 Vermiculos pariunt, quia corpora materiali
 Antiquis ex ordinibus permota noua re
 Concaliantur ita, ut debent animalia gigni.
 Deinde ex sensilibus qui sensile posse creari
 Constitunt, porro ex aliis sentire sueti,
 Mollia quæ faciunt. nam sensus iungitur omnis
 Visceribus, neruis uenis, quæcunq; uidemus
 Mollia mortali consistere corpore creta.
 Sed tamen esto iam posse hæc æterna manere,
 Nempe tamen debent, aut sensum partis habere,
 Aut similia totis animalibus esse putari;
 At nequeant per se partes sentire necesse est.
 Namq; alios sensus membrorum respuit omnis,
 Nec manus à nobis potis est secreta, neq; ulla
 Corporis omnino sensum pars sola tenere.
 Linquntur ut solis animantibus assimilentur,
 Vitali ut possint consentire undiq; sensu.
 Qui poterunt igitur rerum primordia dici,
 Et leti uitare uias, animalia cum sint?
 Atq; animalibus sint mortalibus una, eademq;?
 Quod tamen ut possint ab cæteri, concilioq;
 Nil facient præter uulgum, turbamq; animantium.

Salicet ut nequeant homines, armenta, feræq;
 Inter sese ullam rem gignere conueniendo.
 Sic inidem quæ sunt minimis sentire necesse est.
 Quod si forte suum demittunt corpore sensum,
 Atq; alium capiunt, quid opus fuit attribui, quod
 Detrahitur: tum præterea quod fugimus ante.
 Quatenus in pullos animalis uertier oua
 Cernimus alium, uermisq; effêruere terram,
 Intempestiuos tum putor cœpit ob imbreis,
 Scire licet gigni posse ex non sensile sensus.
 Quod si forte aliquis dicet, duntaxat oriri
 Posse eâ non sensu, sed sensus mobilitate,
 Ante aliqua tangi partum, q̄ prodiit extra,
 Huic satis illud erit planum facere, atq; probare,
 Non fieri partum, nisi concilio ante cœcto,
 Nec quicq; commutari sine conciliatu.
 Principio nequeunt ullius corporis esse
 Sensus ante ipsam genitam naturam animantis.
 Nimirum quia materies disiecta tenetur
 Aere, fluminibus, terris, flammâq; creatis,
 Nec congressa modo uitalis conuenientes,
 Contulit inter se motus, quibus omne tuentes
 Accensi sensus animantem quanq; tuentur.
 Præterea, quanuis animantem grandior ietus,
 Quam patitur natura repente affligit, & omnes
 Corporis, atq; animi pergit confundere sensus,
 Dissoluuntur enim positura principiorum,
 Et penitus motus uitalis impediuntur,
 Donec materies omnis concussa per artem
 Vitalis animæ nodos à corpore soluit,

Dispersamq; foras per caulas eiicit omnis .
 Nam, quid præterea facere ictum posse reamur
 Oblatum, nisi discutere, ac dissoluere quæq; ?
 Fit quoq; uti soleant minus oblata actiter ictu,
 Relliguius motus vitales uincere sæpe,
 Vincere, et ingentes plagæ sedare tumultus,
 Inq; suos quicquid rursus reuocare meatus,
 Et quasi iam leti dominantem in corpore motum
 Discutere, ac penè amissos accendere sensus.
 Nam, quare potius leti iam limine ab ipso
 Ad uitam possint coniecta mente reuerti,
 Quam quo decursum prope iam fiet ire, & abire?
 Præterea, quoniam dolor est, ubi materiali
 Corpora ui quadam per uiscera uiua, per artus
 Sollicitata suis trepidant in sedibus intus,
 Inq; locum quando remigrant, fit blanda uoluptas,
 Scire licet, nullo primordia posse dolore
 Tentari, nullamq; uoluptatem capere ex se,
 Quandoquidem non sunt ex ullis principiorum
 Corporibus, quorum motus nouitate laborent,
 Aut aliquem fructum capiant dulcedinis almæ,
 Haud igitur debent esse ullo prædita sensu .
 Deniq; uti possunt sentire animalia quæq;,
 Principiis si iam est sensus tribuendus eorum?
 Quid genus humanum propriè de quibus auctu est?
 Salicet & risu tremulo concussa cachinnant,
 Et lachrymis spargunt rorantibus ora, genasq;,
 Multaq; de rerum mistura dicere callent,
 Et sibi proporro, quæ sint primordia quærunt,
 Quandoquidem totis mortalibus assimilata .

Ipsa quoq; ex aliis debent constare elementis,
 Inde alia ex aliis nusq; consistere ut ausis.
 Quippe sequar quodcumq; loqui, ridereq; dices,
 Et sapere, ex aliis eadem hac facientibus ut sit.
 Quod si delira hac, furiosaq; cernimus esse,
 Et ridere potest non ex ridentibus auctus,
 Et sapere, et doctis rationem reddere dictis,
 Non ex seminibus sapientibus, atq; disertis,
 Qui minus esse queant ea, quae sentire uidemus
 = Seminibus permista carentibus undiq; sensu?
 Deniq; caelesti sumus omnes semine oriundi,
 Omnibus ille idem pater est, unde alma liquentes
 Humoribus guttas mater cum terra recepit,
 Iacta parit nitidas fruges, arbustaq; laeta,
 Et genus humanum, parit omnia saecula ferarum,
 Pabula cum praebet, quibus omnes corpora pascant,
 Et dulcem ducunt uitam, prolemq; propagant.
 Quapropter merito maternum nomen a depta est.
 Cedit item retro, de terra quod fuit ante,
 In terras, et quod missum est ex aetheris oris,
 Id rursum caeli fulgentia templa receptant.
 Nec sic interimit mors res, ut materiai
 Corpora conficiat, sed coetum dissipat ollis.
 Inde aliis aliud coniungit, et efficit omnes
 Res, ut conuertant formas, mutantq; colores,
 Et capiant sensus, et puncto temporis reddant.
 Ut noscas referre earum primordia rerum,
 Cum quibus, & quali positura contineantur,
 Et quos inter se dent motus, accipiantq;.
 Ne ue putex aeterna parum residere potesse

Corpora prima, & in summis fluitare uidemus
 Rebus, & interdum nasci, subitoq; perire.
 Quin etiam refert nostris in uersibus ipsis,
 Cum quibus, & quali sint ordine quaq; locata.
 Naq; eadem cælum, mare, terras, flumina, solem
 Significant, eadem fruges, arbuta, animantis,
 Si non omnia sint, at multo maxima pars est
 Consimilis, uerum positura discrepant res.
 Sic ipsis in rebus item iam materia
 Intervalsa, uia, connexus, pondera, plagæ,
 Concurfus, motus, ordo, positura, figuræ
 Cum permutantur, mutari res quoq; debent.
 Nunc animum nobis adhibe ueram ad rationem,
 Nam tibi uehementer noua res molitur ad aures
 Accidere, & noua se species ostendere rerum,
 Sed neq; tam facilis res ulla est, quin ea primum
 Difficilis magis ad credendum constet. itemq;
 Nil adeo magnum, nec tam mirabile quicq;
 Quod non paulatim minuant mirariæ omnes.
 Principio cæli clarum, purumq; colorem
 Quæq; in se cohibent palantia sidera passim,
 Lunamq; & solis præclara luce nitorem,
 Omnia quæ nunc si primum mortalibus adsint,
 Ex improviso æu sint obiecta repente,
 Quid magis his rebus poterit mirabile dici?
 Aut minus ante quod auderent fore credere gentes?
 Nil (ut opinor) ita hæc species miranda fuisset,
 Quam tibi iam nemo fessus faciat uidendi
 Suspiciere in cæli dignam lucida templa.
 Desine quæ propter nouitate exterritis ipsa

Expuere ex animo rationem, sed magis acri
 Iudicio perpende, & si tibi uera uideatur,
 Dede manus, aut si falsa est, accingere contra.
 Querit enim ratione animus, cum summa loci sit
 Infinita foris hæc extra mœnia mundi,
 Quid sit ibi porro, quo prospicere usq; uelit mens,
 Atq; animi iniectus liber quoquo uolet ipse.
 Principio nobis in cunctas undiq; partes,
 Et latere ex utroq; infra, supraq; per omne,
 Nulla est finis, uti docui, res ipsaq; per se
 Vociferatur, & elucet natura profundi.
 Nullo iam pacto uerisimile esse putandum est,
 Undiq; cum uorsum spatium uacat infinitum,
 Seminaq; in numero numero, summaq; profunda
 Multimodis uolitant æterno perçita motu.
 Hunc circum terrarum orbem, cælumq; creatum
 Nil agere illa foris tot corpora materiai,
 Cum præsertim hic sit natura factus, & ipsa
 Sponte sua forte offensando semina rerum
 Multimodis temere inuassum, inætaq; frustra,
 Tandem colarunt ea, quæ æniecta repente
 Magnarum rerum fierent exordia semper
 Terrai, maris, & cæli generisq; animantium.
 Quare etiam atq; etiam taleis fateare necesse est
 Esse alios alibi congressus materiai,
 Qualis hic est auido complexu, quem tenet æther.
 Præterea, cum materies est multa parata,
 Cum locus est præsto, nec res, nec causa moratur
 Vlla, geri debent nimirum, & consieri res.
 Nunc & seminibus si tanta est copia, quantum

Enumerare *ctas* animantium non queat omnis,
 Visq; eadem, et natura manet, quæ semina rerum
 Coniicere in loca quæq; queat simili ratione,
 Atq; huc sunt coniecta, necesse est confutare
 Esse alios aliis terrarum in partibus orbis,
 Et uarias hominum gentes, et sæcla ferarum.
 Huc accedit, ut in summa res nulla sit una,
 Vnica quæ gignatur, et unica, solaq; crescat.
 Quin alio quouis sit sæclo, multaq; eodem
 Sint genere in primis animalibus indicæ mente.
 Inuenies sic montiuagum genus esse ferarum,
 Sic hominum genitam prolem, sic deniq; mutas
 Squamigerum pecudes, et corpora cuncta uolantum.
 Quapropter, cælum simili ratione fatendum est,
 Terramq; et solem, lunam, mare, cætera, quæ sunt,
 Non esse unica, sed numero magis innumerabili.
 Quandoquidem uitæ depactus terminus alte
 Tam manet, hæc etiam natiuo et corpore constant,
 Quæ genus omne, quod his generatim rebus abundat.
 Quæ bene cognita si teneas, natura uidentur
 Libera continuo dominis priuata superbis,
 Ipsa sua per se sponte omnia Dis agere experts.
 Nam prædè sancta deum tranquilla pectora patæ,
 Quæ placido degunt æuo, multanq; sereno,
 Quis regere immensi summam? quis habere profundi
 Indumanu ualidas potis est moderator habenas?
 Quis pariter calos omnes conuertere, et omnes
 Ignibus ætheriis terras suffire feracis?
 Omnibus inq; locis esse omni tempore præsto?
 Nubibus ut tenebras faciat, cæliq; serena

Concutiat sonitu, tum fulmina mittat, et a deis
 Sæpe suas disturbet, et in deserta recedens
 Scuiat exercens telum, quod sæpe nocentes
 Præterit, exanimatq; indignos, inq; merentes.
 Multaq; post mundi tempus genitale, diemq;
 Primigenum maris, et terræ, solisq; coortum,
 Addita corpora sunt extrinsecus, addita circum
 Semina, quæ magnum iaculando contulit omne,
 Vnde mare, et terræ possent augetære, et unde
 Aptaret spatium calæ domus, aliaq; tecta
 Tolleret à terris procul, et consurgeret æer.
 Nam sua cuiq; locis ex omnibus omnia plagis
 Corpora distribuuntur, et ad suas sæcla recedunt.
 Humor ad humorem, terreno corpore terra
 Crescit, et ignem ignes procidunt, atheraq; ather.
 Deniq; ad extremum crescendi perficæ finem
 Omnia perduxit rerum natura creatrix,
 Ut fit, ubi nihilo iam plus est, quod datur intra
 Vitales uenas, q; quod fluit, atq; recedit,
 Omnibus his ætas debet consistere rebus.
 Hic natura suis refrenat uiribus auctum.
 Nam, quæcunq; uides hilarem grandescere ad auctu;
 Paulatinq; gradus ætatis scandere adulta,
 Plura sibi assumunt, q; de se corpora mittunt,
 Dum facile in uenas cibus omnis inditur, et dum
 Non ita sunt late dispersa, ut multa remittant,
 Et plus dispendi faciant, q; uesciunt ætas.
 Nam ætæ fluere, atq; recedere corpora rebus
 Multa manus dandum est, sed plura accedere debent,
 Donec alescendi suminum tetigere cacumen.

Inde minutatim uires, et robur aduloom
 Frangit, & in partem peiorem liquitur ætas.
 Quippe & enim quæto est res amplior augmine adempto,
 Et quo latior est, in cunctas undiq; partes
 Plura modo dispergit, & à se corpora mittit,
 Nec facile in uenas cibus omnis diditur eii,
 Nec sitis est quæ per largos exæstuat æstus,
 Vnde queat tantum suboriri, ac suppeditare,
 Quod satis est, & quantum opus est natura nouare.
 Iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo
 Sunt, & cum externis succumbunt omnia plagis,
 Quandoquidem grandi cibus æuo deniq; defit.
 Nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam
 Corpora conficere, & plagis infesta domare.
 Sic igitur magni quoq; circum moenia mundi
 Expugnata dabunt labem putresq; ruinas
 Omnia. debet enim cibus integrare nouando,
 Et fulcire cibus, ac omnia sustentare,
 Nequicq; , quoniam nec uenæ perpetiuntur
 Quod satis est, neq; quæto opus est, natura ministrat.
 Iamq; adeo effecta est ætas, effectaq; tellus,
 Vix animalia parua creat, quæ cuncta creauit
 Sæcla, deditq; ferarum ingentia corpora parui.
 Haud (ut opinor enim mortalia sæcla superne
 Aurea de cælo demisit funis in arua.
 Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt,
 Sed genuit tellus eadem, quæ nunc alit ex se.
 Præterea nitidas fruges, uinetaq; læta
 Sponte sua primum mortalibus ipsa creauit,
 Ipsa dedit dulces fœtus, & pabula læta,

Que nunc uix nostro grandescunt aucta labore,
 Conterimusq; boues, & uiribus agricolarum
 Conficimus ferrum uix aruis suppeditati.
 Vsq; eadeo pereunt factus, augentq; laborem.
 Iamq; caput quassans grandis suspirat arator
 Crebrius, in cassum magnum cecidisse laborem,
 Et cum temporibus presentia tempora confert
 Præteritis, laudat fortunas sæpe parentum.
 Tristis item uentæ uitis sator æqua fatigat,
 Et crepat antiquum genus ut pietate repletum,
 Perfacile angustiis tolerarit finibus æuum,
 Cum minor esset agri multo modus ante uiridum,
 Nec tenet omnia paulatim tabescere, & ire
 Ad sapulum spæno atatis defessa uentislo.

.T. LVCRETII CARI DE RERVM
 NATVRA
 LIBER TERTIVS.



Tenebris tantis tam clarum extol
 lere lumen
 Qui primus ponisti illustrans
 commoda uitæ,
 Te sequor ò græiæ gentis decus,
 inq; tuis nunc
 Fixæ pedum pono pressis uestigia signis,
 Non ita certandi cupidus, q̄ propter amorem,
 Quod te imitari aueo. quid enim contendat hircundo
 Cycnis? aut quidnam tremulis facere artibus hædæ

Consimili in cursu possint, & fortis equi uis?
 Tu pater es rerum inuentor, tu patria nobis
 Suppeditas præcepta, tuisq; ex inclvte chartis,
 Floriferis ut apes in salibus omnia limant,
 Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
 Aurea, perpetua semper dignissima uita.
 Nam, simulac ratio tua cœpit uociferari
 Naturam rerum diuina mente coortam,
 Diffugunt animi terrores, moenia mundi:
 Discidunt, totum uideo per inane geri res,
 Apparet diuûm numen, sedesq; quietæ,
 (Quas neq; concutiunt uenti, nec nubila nimbis
 Aspergunt, neq; nix acri concreta pruina
 Cana cadens uiolat, semperq; innubilus æther
 Integrit, & large diffuso lumine ridet.
 Omnia suppeditat porro natura, neq; ulla
 Res animi pacem delibat tempore in ullo.
 At contra nusq; apparent acherusia templa,
 Nec tellus obstat, quin omnia despiciantur
 Sub pedibus, quæcunq; infra per inane geruntur.
 His tibi me rebus quædam diuina uoluptas
 Percipit, atq; horror, qd sit natura tua ui
 Tam manifesta patens ex omni parte reueta.
 Et quoniam docui, cunctarum exordia rerum
 Qualia sint, & q; uariis distantia formis
 Sponte sua uolitent alterno percita motu,
 Quoq; modo possint res ex his quæq; creati,
 Hæc secundum res animi natura uidetur,
 Atq; animæ claranda meis iam uersibus esse,
 Et metus ille foras præceptis acherontis agendus

Funditus, humanam qui uitam uerbat ab imo,
 Omnia suffundens mortis nigrore, neq; ullam
 Esse uoluptatem liquidam, putamq; relinquit.
 Nam, q̄ saepe homines morbos magis esse timendos,
 Infamemq; ferunt uitam, q̄ tartara leti,
 Et se scire animi naturam sanguinis esse,
 Nec prorsum quicq; nostrae rationis egere,
 Hinc licet aduertat animum, magis omnia laudis,
 Aut etiam uentis, si fert ita forte uoluntas,
 Iactari causa, q̄ q̄ res ipsa probeatur.
 Extorres iidem patria, longeq; fugati
 Conspectu ex hominum, foedati crimine turpi,
 Omnibus ærumnis affecti deniq; uiuunt.
 Et quocunq; tamen miseri uenêre, parentant,
 Et nigras maculant pecudes, quas manibus diuis
 Inferias mittunt, multoq; in rebus acerbis
 Acrius aduertunt animos ad relligionem.
 Quo magis in dubiis homines spectare periculis
 Conuenit, aduersisq; in rebus noscere qui sint.
 Nam uerae uoces tum demum pectore ab imo
 Eliciuntur, & eripitur persona, manet res:
 Deniq; auarities, & honorum cæca cupido,
 Quæ miseros homines cogunt transcendere fines
 Iuris, & interdum socios scelerum, atq; ministros
 Noctis atq; dies niti, præstante labore
 Ad summas emergere opes, hæc uulnera uitæ
 Non minimam partem mortis formidine aluntur.
 Turpis enim fama contemptus, & acris egestas
 Semo: ab dulci uita, stabiliq; uidetur,
 Et quasi iam leti portas cunctariet ante.

LIB.

Vnde homines dum se falso terrore cœcti
 Effugisse uolunt longe, longeque remoti,
 Sanguine civili rem constant, diuitiasque
 Conduplicant auidi, eadem eadem accumulantes.
 Crudeles gaudent in tristi funere fratris,
 Et consanguineum mensas odere, timentque
 Consimili ratione ab eodem sæpe timore.
 Macerat inuidia ante oculos illum esse potentem,
 Illum aspectari, clavo qui incedit honore,
 Ipsi se in tenebris uolui, canoque queruntur.
 Intereunt partim statuarum, et nominis ergo,
 Et sæpe usque adeo mortis formidine uitæ
 Percipit humanos odium, lucisque uidentæ,
 Ut sibi consciscant morrenti pectore letum,
 Obliti fontem curarum hunc esse timorem.
 Hunc uexare pudorem, hunc uincula amicitia
 Rumpere, et in summa pietatem euertere suadet.
 Nam iam sæpe homines patriam, carosque parentis
 Prodiderunt, uitare acherusia templa petentes.
 Nam ueluti pueri trefidant, atque omnia cæcis
 In tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
 Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, quæ
 Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntque futura.
 Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque necesse est
 Non radii solis, neque lucida tela diei
 Discussant, sed natura species, ratioque.
 Primum animum dico, mentem quam sæpe uocamus,
 In quo consilium uitæ, regmenque locatum est,
 Esse hominis partem nihilominus, ac manus, et pes,
 Atque oculi partes animantis totius extant.

Quæuis

Quauis multa quidem sapientum turba putarunt,
 Sensum animi certa non esse in parte locatum,
 Verum habitum quendam uitalem corporis esse,
 Harmoniam graui quam dicunt, & faciat nos
 Viuere cum sensu, nulla cum in parte fiet mens.
 Ut bona saepe ualitudo cum dicitur esse
 Corporis, et non est tamen haec pars ulla ualentis,
 Sic animi sensum non certa parte reponunt,
 Magnopere in quo mi diuersi errare uidentur,
 Saepe utiq; in promptu corpus, quod cernitur a grum,
 Cum tamen ex alia latamur parte ualentis,
 Et retro sit, ubi contra sit saepe uicissim,
 Cum miser ex animo letatur corpore toto,
 Non alio pacto, q̄ si pes cum dolet a gri,
 In nullo caput interea sit forte dolore,
 Praeterea, molli cum somno dedita membra,
 Effusumq; iacet sine sensu corpus onustum.
 Est aliud tamen in nobis, quod tempore in illo
 Multimodis agitur, et omnes accipit in se
 Laetitia motus, et curas cordis inanes.
 Nunc animam quoq; ut in membris cognoscere possis
 Esse, neq; harmoniam corpus retinere solere,
 Principio fit, uti detracto corpore multo,
 Saepe tamen nobis in membris uita moretur,
 Atq; eadem rursus cum corpora pauca caloris
 Diffugere, forasq; per os est editus aer,
 Deserit extemplo uenas, atq; ossa relinquit.
 Noscere ut hinc possis non aequas omnia partes
 Corpora habere, neq; ex a quo fulcire salutem,
 Sed magis haec, uenti quae sunt, calidiq; uaporis

Semina, curare in membris ut uita moretur.
 Est igitur calor, ac uentus uitalis in ipso
 Corpore, qui nobis moribundos deserit artus,
 Quapropter, quoniam est animi natura reperia,
 Atq; animæ, quasi pars hominis, redde harmoniæ
 Nomen ab organico saltu delatan heliconis,
 Siue aliunde ipsi porro traxere, & in illam
 Transiulerunt, proprio quæ non res nomine egebat,
 Quicquid id est, habeant. tu cætera perape dicta.
 Nunc animum, atq; animam dico coniuncta teneri
 Inter se, atq; unam naturam conficere ex se.
 Sed caput esse quasi, & dominari in corpore toto
 Consilium, quod nos animum, mentemq; uocamus,
 Idq; situm mediâ regione in pectoris hæret.
 Hic exultat enim pauor, ac metus, hæc loca circum
 Latitæ mulcent, hic ergo mens, animusq; est.
 Cætera pars animæ per totum diffusa corpus
 Paret, & ad numen mentis, momenq; mouetur,
 Idq; sibi solum per se sapit, & sibi gaudet,
 Cum neq; res animam, neq; corpus commouet ulla.
 Et quasi cum caput, aut oculus tentante dolore
 Læditur in nobis, non omni concludamur
 Corpore, sic animus nonnunq; læditur ipse,
 Latinaq; uiget, cum cætera pars animi
 Per membra, atq; artus nulla nouitate cietur.
 Verum, ubi uehementi magis est commota metu mens,
 Consentite animam totam per membra uidemus,
 Sudoresq; ita, palloremq; existere toto
 Corpore, & infringi linguam, uocemq; aboriri.
 Caligare oculos, sonere aureis, succidere artus.

Deniq; concidere ex animi terrore uidemus
 Saepe homines, facile ut quiuis hinc noscere possit
 Esse animam cum animo coniunctam, quae cum animi ui
 Percussa est, exin corpus propellit, et icit.
 Hac eadem ratio naturam animi, atq; animai
 Corpoream docet esse. ubi enim propellere membra,
 Corripere ex somno corpus, mutareq; uultum,
 Atq; hominem totum regere, ac uersare uidetur,
 Quorum nil fieri sine tactu posse uidemus,
 Nec tactum porro sine corpore, non ne fatendum est
 Corporea natura animum constare, animamq; s
 Praeterea pariter fungi cum corpore, & unda
 Consentire animum nobis in corpore cernis.
 Si minus offendens uitam diis horrida teli,
 Ossibus ac neruis disclusis intus adacta est,
 Attamen insequitur langor, terra q; petitus
 Suauis, & in terra mitis qui gignitur aestus,
 Interdumq; quasi exurgendi incerta uoluptas.
 Ergo corpoream naturam animi esse necesse est,
 Corporeis quoniam telis, ictuq; laborat.
 Is tibi nunc animus quali sit corpore, & unde
 Constiterit, pergam rationem reddere dictis.
 Principio, esse aio per subtilem, atq; minuis
 Perq; corporibus factum constare, id ita esse
 Hinc licet aduertat animum, ut cognoscere possis.
 Nil adeo fieri celeri ratione uidetur,
 Quam si mens fieri proponit, & incohat ita.
 Ocyus ergo animus, q; res se peracet ulla,
 Ante oculos quorum in promptu natura uidetur.
 At quod mobile tantopere est, constare rotundis
 f ii

Perq̄ seminibus debet, perq̄q̄ minutis,
 Momine uti paruo possint impulsa moueri.
 Namq; mouetur aqua, et tantillo momine fluctat,
 Quippe uolubilibus, paruisq; creata figuris.
 At contra mellis constantior est natura,
 Et pigri latius magis, et cunctantior actus.
 Hæret enim inter se magis omnis materiai
 Copia, nimirum quia non tam leuibus extat
 Corporibus, neq; tam subtilibus, atq; rotundis.
 Nam pappos minima aura potest suspensa, leuisq;
 Cogere, ut ab summo tibi diffluat halitus æthero.
 At contra lapidum coniectum, spicarumq;
 Nulla potest, igitur paruissima corpora quanto,
 Et leuissima sunt, ita mobilitate fruuntur.
 At contra quæcunq; magis cum pondere magno,
 Asperaq; inueniuntur, eo stabilita magis sunt.
 Nunc igitur, quoniam est animi natura reperta
 Mobilis, egregie perq̄ constare necesse est
 Corporibus paruis, et leuibus, atq; rotundis.
 Quæ tibi cognita res in multis ò bone rebus
 Valis inuenietur, et opportuna cluebit.
 Hæc quoq; res etiam naturam dedit ei,us,
 Quam tenui constet textura, q̄q; loco se
 Contineat paruo, si possit conglomerationi.
 Quod simul atq; hominem leti secura quies est
 Indepta, atq; animi natura, animaq; recessit,
 Nil ibi libatum de toto corpore cernas
 Ad speciem, nihil ad pondus, mors omnia præstat,
 Vitalem præter sensum, calidumq; uaporem.
 Ergo animam totam per paruis esse necesse est

Seminibus nexam per uenas, uisata, nervos.
 Quatenus omnis ubi è toto iam corpore cõssit,
 Extrema membrorum circumcõsura tamen se
 Incolumen præstat, nec desit ponderis hilum.
 Quod genus est bacchi cum flos euauit, aut cum
 Spiritus unguenti suaueis diffugit in auras,
 Aut aliquo cum iam succus de corpore cõssit,
 Nil oculis tamen esse minor res ipsa uiderit.
 Propterea neq; detractum de pondere quicq;
 Nimirum, quia multa, minutaq; semina succos
 Efficiunt, et odorem in toto corpore rerum.
 Quare, etiam atq; etiam mentis naturam, animaq;
 Scire licet, perq; pauillis esse creatam
 Seminibus, quoniam fugiens nil ponderis aufert.
 Nec tamen hæc simplex nobis natura putanda est.
 Tenuis enim quædam moribundos deserit aura
 Mistæ uapore, uapor porro trahit æra secum.
 Nec calor est quisq;, cui non sit mistus & aer.
 Rara quod eius enim constat natura, necesse est
 Aeris inter eum primordia multa moueri.
 Iam triplex animi est igitur natura reperta,
 Nec tamen hæc sat sunt ad sensum cuncta creandum,
 Nil horum quoniam recipit mens posse creare
 Sensiferos motus quædam qui mente uolunt.
 Quarta quoq; his igitur quædam natura necesse est
 Attribuat, ea est omnino nominis expertis,
 Quæ neq; mobilis quicq;, neq; tenuis extat,
 Nec magis è paruis, aut leuibibus elementis,
 Sensiferos motus quæ didit prima per artus.
 Prima dicitur enim paruis perfecta figuris,

f iii

Inde calor motus, & uenti cæca potestas
 Accipit, inde aer, inde omnia mobilitantur.
 Concutitur tum sanguis, uiscera persentiscunt
 Omnia, postremis datur ossibus, atq; medullis
 Siue uoluptas est, siue est contrarius ardor,
 Nec temere huc dolor usq; potest penetrare, neq; acre
 Permanere malum, quin omnia perturbentur.
 Usque adeo uita deficit locus, atq; animai
 Diffugiunt partes per caulas corporis omnes.
 Sed plerunq; quasi in summo fit corpore finis
 Motibus, hanc ob rem uitam retinere ualemus.
 Nunc ea quo pacto inter sese mista, quibusq;
 Compta modis uigeant, rationem reddere auentem
 Abstrahit inuicem patrii sermonis egestas.
 Sed tamen, ut potero summam attingere, tangam.
 Inter enim cursant primordia principiorum
 Motibus inter se, nihil ut secerner unum
 Possit, nec spatium fieri diuisa potestas,
 Sed quasi multa eius unius corporis extant.
 Quod genus in quouis animantium uisere uulgo
 Est, odor & quidam calor, et sapor, & tamen ex his
 Omnibus est unum perfectum corporis augmen.
 Sic calor, atq; aer, & uenti cæca potestas
 Mista creant unam naturam, & mobilis illa
 Vis, initium motus ab se qua diuidit ollis,
 Sensifer unde oritur primum per uiscera motus.
 Nam penitus prorsum latet hæc natura, subestq;
 Nec magis hac infra quicq; est in corpore nostro.
 Atq; anima est animi proporro totius ipsa.
 Quod genus in nostris membris, & corpore toto

Mistra latens animi uis est, animaq; potestas,
 Corporibus quia de paruis, paucisq; creata est.
 Sic tibi nominis hæc expers uis, facta minutis
 Corporibus late, atq; animus quasi totius ipsa
 Proporro est animi, et dominatur corpore toto.
 Consimili ratione necesse est uentus, et aer,
 Et calor inter se uigeant commista per artus,
 Atq; aliis aliud subsit magis, emineatq;
 Ut quiddam fieri uideatur ab omnibus unum,
 Ne calor, ac uentus seorsum, seorsumq; potestas
 Aeris interimant sensum, diductaq; soluant.
 Est etiam calor ille animo, quem sumit in ira,
 Cum feruescit, et ex oculis micat acrius ardor.
 Est et frigida multa comes formidinis aura,
 Quæ ciet horrorem membris, et concitat artus.
 Est etiam quoq; pacati status aeris ille,
 Pectore tranquillo qui fit, uultuq; sereno.
 Sed calidi plus est illis, quibus acria corda,
 Iracundaq; mens facile efferuescit in ira.
 Quo genere in primis uis est uiolenta leonum,
 Pectora qui fremitu rumpunt plerunq; gementes,
 Nec capere irarum fluctus in pectore possunt.
 At uentosa magis ceruorum frigida mens est,
 Et gelidas citius per uiscera concitat auras,
 Quæ tremulum faciunt membris existere motum.
 At natura bouum placido magis aere uiuit,
 Nec nimis iræ fax unq; subdita perit
 Fumida suffundens cæcæ caliginis umbras,
 Nec gelidis torpet telis perfixa pauoris,
 Inter utrosq; sita est ceruos, sauosq; leones.

Sic hominum genus est, quauis doctrina politos
 Constituat pariter quosdam, tamen illa relinquit
 Naturæ cuiusq; animus uestigia prima,
 Nec radicibus euelli mala posse putandum est,
 Quin procliuus hic iras decurrat ad acreis,
 Ille metu citius paulo tentetur, at ille
 Tertius accipiat quædam clementius æquo.
 Inq; aliis rebus multis differre necesse est.
 Naturas hominum uarias, moresq; sequaces.
 Quorum ego nunc nequeo cæcis exponere causas,
 Nec reperire figurarum tot nomina, quot sunt
 Principiis, unde hæc oritur uariantia rerum.
 Illud in his rebus uideo firmare potesse,
 Usque adeo naturarum uestigia linqui
 Paruula, quæ nequeat ratio depellere dictis,
 Ut nihil impediât dignam Dis de gere uitam.
 Hæc igitur natura tenetur corpore ab omni,
 Ipsaq; corporis est custos, et causa salutis.
 Nam communibus inter se radicibus hærent,
 Nec sine pernicie diuelli posse uidentur.
 Quod genus è thuris glebis euellere odorem
 Haud facile est, quin intereat natura quoq; eius.
 Sic animi, atq; animæ naturam corpore toto
 Extrahere haud facile est, quin omnia dissoluantur,
 Implexis ita principiis ab origine prima
 Inter se fiunt consorti prædicta uita,
 Nec sine ui quicq; alterius sibi posse uidetur
 Corporis, atq; animi seorsum sentire potestas.
 Sed communibus inter eos conflatur utrinq;
 Motibus accensus nobis per uiscera sensus.

Præterea, corpus per se nec gignitur unquam,
 Nec crescit, nec post mortem durare uideatur.
 Non enim ut humor aqua dimittit sæpe saporem,
 Qui datus est, neque ab hac causa conuellitur ipse,
 Sed manet incolumis, non inquam sic animai
 Discidium possunt artus perferre relictæ,
 Sed penitus pereunt conuulsi, conque putrescunt.
 Ex ineunte auro sic corporis, atque animai
 Mutua uitalis discunt contagia motus
 Maternis etiam membris, auroque repositi,
 Discidium ut nequeat fieri sine peste, maloque.
 Ut uideas, quoniam coniuncta est causa salutis,
 Coniunctam quoque naturam consistere eorum.
 Quod superest, si quis corpus sentire refutat,
 Atque animam credit permixtam corpore toto
 Suscipere hunc motum, quem sensum nominamus,
 Vel manifestas res contra, uerasque repugnat.
 Quid sit enim corpus sentire quis afferet unquam?
 Si non ipsa palam quod res dedit, ac docuit nos?
 At dimissa anima corpus caret undique sensu.
 Perdit enim quod non proprium fuit eius in auro,
 Multaque præterea perdit cum expellitur auro.
 Dicere porro oculos nullam rem cernere posse,
 Sed per eos animum, ut foribus spectare reclusis,
 Difficile est, contra cum sensus ducat eorum.
 Sensus enim trahit, atque acies detrudat ad ipsas,
 Fulgida præsertim cum cernere sæpe nequimus
 Lumina luminibus, quia nobis præpediuntur,
 Quod foribus non fit, neque enim qua cernimus ipsi.
 Ostia suscipiunt ullum reclusa labore n.

Præterea, si pro foribus sunt lumina nostra,
 Iam magis exemptis oculis debere uidetur
 Cernere res animus sublatis postibus ipsis.
 Illud in his rebus nequaquam sumere possis,
 Democriti quod sancta uiri sententia ponit,
 Corporis, atq; animi primordia singula primis
 Apposita alternis uariare, ac necere membra.
 Nam cum multo sint animai elementa minora,
 Quam quibus et corpus nobis, et uiscera constant,
 Tum numero quoq; concedunt, et rara per artus
 Dissita sunt, duntaxat ut hoc promittere possis,
 Quantula prima queant nobis iniecta cære
 Corpora sensiferos motus in corpore, tanta
 Interualla tenere exordia prima animai.
 Nam neq; pulueris interdum sentimus adhæsum
 Corpore, nec membris incussam sidere cretam,
 Nec nebulam noctu, neq; aranei tenuia fila
 Obuia sentimus, quando obretimur euntes,
 Nec supra caput eiusdem cecidisse uietam
 Vestem; nec plumas auium, papposq; uolantes,
 Qui nimia leuitate cadunt plerunq; grauatim.
 Nec repentis itum cuiusuis cunq; animantis
 Sentimus, nec priua pedum uestigia quæq;
 Corpore quæ in nostro culices, et cætera ponunt.
 Usque adeo prius in nobis sunt multa ciendo
 Semina, corporibus nostris immista per artus,
 Quam primordia sentiscunt concussa animai,
 Et quæ interuallis tantis ruditantia possint
 Concurrare, uire, et dissultare uicissim.
 Et magis est animus uitai claustra coercens.

Et dominantior ad uitam, q̄ uis animai.
 Nam sine mente, animoq̄ nequit residere per artus
 Temporis exiguam partem pars ulla animai,
 Sed comes insequitur, facile et discedit in auras,
 Et gelidos artus in leti frigore linquit.
 At manet in uita cui mens, animusq̄ remansit,
 Quauis est circumcæsis læter undiq̄; membris
 Truncus, adempta anima circum, membrisq̄ remotis
 Viuit, & atherias uitales suspicit auras,
 Si non omnimodis, at magna parte animai
 Priuatus, tamen inuita cunctatur, et hæret.
 Ut lacrato oculo circum si pupula mansit
 Incolumis, stat cernendi uiuata potestas,
 Dummodo ne totum corrupas luminis orbem,
 Sed circumcidas aciem, solamq̄ relinquis,
 Id quoq̄; enim sine pernãcie non fiet eorum.
 At si tantula pars oculi media illa peresa est,
 Incolumis quauis alioqui splendidus orbis,
 Occidit ex templo lumen, tenebrãq̄; sequuntur.
 Hoc anima, atq̄; animus iuncti sunt foedere semper.
 Nunc age natiuos animantibus, & mortales
 Esse animos, animasq̄; leuiss ut noscere possis,
 Conquisita diu, dulcãq̄; reperta labore
 Digna tua pergam disponere carmina uita.
 Tu face utrunq̄; uno subiungas nomen eorum,
 Atq̄; animam, uerbi causa, cum dicere pergam
 Mortalem esse docens, animum quoq̄; dicere credas,
 Quatenus est unum inter se, coniunctãq̄; res est.
 Principio, quoniam tenuem constare minutis
 Corporibus docui, multoq̄; minoribus esse

Principiis factam, \bar{q} liquidus humor aquai,
 Aut nebula, aut fumus. nam longe mobilitate
 Praestat, & à tenui causa magis iecta mouetur,
 Quippe ubi imaginibus fumi, nebulæq; mouetur.
 Quod genus in somnis sopiti ubi cernimus alta
 Exhalare uapore altaria, ferreq; fumum,
 Nam procul hæc dubio nobis simulacra geruntur.
 Nunc igitur quoniam quassatis undiq; uasis
 Diffuere humorem, & laticem discedere cernis,
 Et nebula, ac fumus quoniam discedit in auras,
 Crede animam quoq; diffundi, multoq; perire
 Ocyus, & citius dissolui corpora prima,
 Cum semel omnibus ex membris ablata recessit.
 Quippe etenim corpus, quod uas quasi constitit eius,
 Quam cohibere nequit conquassatum ex aliqua re,
 Ac rarefactum, detracto sanguine uenis,
 Aere qui credas posse hanc cohiberier ullo,
 Corpore qui nostro rarus magis incohibescat?
 Præterea, gigni pariter cum corpore, & unâ
 Crescere sentimus, pariterq; senescere mentem.
 Nam uelut infirmo pueri, teneroq; uagantur
 Corpore, sic animi sequitur sententia tenuis.
 Inde ubi robustis adoleuit uiribus ætas,
 Consilium quoq; maius, & auctior est animi uis.
 Post ubi iam ualidis quassatum est uiribus cui
 Corpus, & obtusis ceciderunt uiribus artus,
 Claudicat ingenium, delirat linguaq; mensq;,
 Omnia deficiunt, atq; uno tempore desunt.
 Ergo dissolui quoq; conuenit omnem animai
 Naturam, ceu fumus in altis aeris auras.

Quandoquidem gigni pariter, pariterq; uideamus
 Crescere, & (ut docui) simul auo fessa fatiscit.
 Huc accedit, uti uideamus corpus ut ipsum
 Suscipere immanes morbos, durumq; laborem,
 Sic animum curas acris, luctumq; meumq;
 Quare participem leti quoq; conuenit esse.
 Quin etiam morbis in corporis auius errat
 Saepe animus, dementia enim, deliraq; fatit.
 Interdumq; graui lethargo fertur in altum,
 Aeternumq; soporem oculis, uultuq; cadenti.
 Vnde neq; exaudit uoces, nec noscere uultus
 Illorum potis est, ad uitam qui reuocantes
 Circumstant lachrymis torantes ora, genasq;
 Quare animum quoq; dissolui fatere necesse est,
 Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.
 Nam dolor, ac morbus, leti fabricator utiq; est,
 Multorum exitio perdocti quod sumus ante,
 Et quoniam mentem sanari, corpus ut aegrum,
 Et pariter flecti medicina posse uideamus.
 Deniq; cur hominem cum uini uis penetrauit
 Acris, & in uenas discessit diditus ardor,
 Consequitur grauitas membrorum, praepediuntur
 Crura uacillanti, tardescit lingua, madet mens,
 Nant oculi, clamor, singultus, iurgua gliscunt.
 Et iam caetera de genere hoc quaecunq; sequuntur,
 Cur ea sunt: nisi q; uehemens uiolentia uini
 Conturbare animam consuevit corpore in ipso?
 At quaecunq; queunt conturbari, inq; pediri,
 Significant, paulo si durior insinuat
 Causa, fore ut pereant auo priuata futuro.

Quin etiam subita ui morbi saepe coactus
 Ante oculos aliquis nostros, ut fulminis ictu
 Concidit, & spumas agit, ingemit, & tremit artus,
 Desipit, extentat neruos, torquentur, anhelat
 Inconstanter, et in iactando membra fatigat.
 Nimirum, quia uis morbi distracta per artus
 Turbat agens animam, spumantes a quore salso
 Ventorum ut ualidis feruescunt uiribus unda.
 Exprimitur potro gemitus, quia membra dolore
 Afficiuntur, et omnino quod semina uocis
 Fliciuntur, & ore foras glomerata feruntur.
 Qua quasi consuerunt, & sunt munita uia.
 Desipientia fit, quia uis animi, atq; animae
 Conturbatur, & (ut docui) diuisa seorsum
 Dissiectatur eodem illo distracta ueneno.
 Inde, ubi iam morbi reflexit causa, reditq;
 In latebras acceit corrupti corporis humor,
 Tum quasi uacillans primum consurgit, & omnes
 Paulatim redit in sensus, animamq; recepat.
 Haec igitur tantis ubi morbis corpore in ipso
 Iactentur, miserisq; modis distracta laborent,
 Cui eadem credis sine corpore in aere aperto
 Cum ualidis uentis aetatem degere posse?
 Et quoniam mentem sanari, corpus ut aegrum
 Cernimus, et flecti medicina posse uidemus,
 Id quoq; praesagit mortalem uiuere mentem.
 Addere enim partem, aut ordine traicere aequum est,
 Aut aliquid prorsum de summa detrahare illum,
 Commutare animum quicumq; adoritur, et ipsum,
 Aut aliam quamuis naturam flectere quareit.

At neq; transferri sibi partibus, nec minui uult,
 Immortale quod est quicq; neq; diffuere hilum.
 Nam quodcumq; suis mutationibus exit,
 Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante.
 Ergo animus siue ægrefcit, mortalia signa
 Mittit (uti docui) seu flectitur à mediana,
 Usque adeo falsæ rationi uera uidentur
 Res occurrere, & effugium præcludere eunti,
 Ancipitiq; refutatu conuincere falsum.
 Deniq; saepe hominem paulatim æternis obire,
 Et membratim uitalem deferdere sensum.
 In pedibus primum digitos liuescere, et unguis,
 Inde pedes & crura mori, post inde per artus
 Ire alios tractim gelidi uestigia leti.
 Scinditur atqui animo hæc quoniam natura, nec uno
 Tempore sincera existit, mortalis habenda est.
 Quod, si forte putas ipsam se posse per artus
 Inrorsum trahere, & partibus conuincere in unum,
 Atq; ideo cunctis sensum deducere membris,
 At locus ille tamen, quo copia tanta animai
 Cogitur, in sensu debet maiore uideri.
 Qui quoniam nusq; est, nimirum (ut diximus ante)
 Dilaniata foras dispergitur, interit ergo.
 Quin etiam, si iam libeat concedere falsum,
 Et dare posse animam glomerari in corpore eorum,
 Lumina qui relinquunt moribundi particulatim,
 Mortalem tamen esse animam fateare necesse est.
 Nec refert, utrum pereat dispersa per auras,
 An contracta suis è partibus obtruncet.
 Quando hominem totum magis, ac magis undiq; sensus

Deficit , & uita minus & minus undiq; restat ,
 Et quoniam mens est hominis pars una , locq;
 Fixa manet certo , uelut aures , atq; oculi sunt ,
 Atq; alii sensus , qui uitam cunq; gubernant ,
 Et ueluti manus , atq; oculus , nares ue seorsum
 Secreta à nobis nequeunt sentire , neq; esse ,
 Sed tamen in paruo linguuntur tempore tali ,
 Sic animus per se non quit sine corpore , & ipso
 Esse homine , illius quasi quod uas esse uidetur ,
 Siue aliud quiduis potius coniunctius eii
 Fingere , quandoquidem connexu corpus adhaeret .
 Deniq; corporis , atq; animi uiuata potestas
 Inter se coniuncta ualent , uitaq; fruuntur ,
 Nec sine corpore enim uitalis edere motus
 Sola potest animi per se natura , nec autem
 Cassum anima corpus durare , & sensibus uti .
 Salicet auulsis radicibus , ut nequit ullam
 Dispicere ipse oculus rem seorsum corpore toto .
 Sic anima , atq; animus per se nil posse uidetur .
 Nimirum , quia per uenas & uiscera missim ,
 Per neruos , atq; ossa tenentur corpore ab omni .
 Nec magnis interuallis primordia possunt
 Libera dissultare , ideo conclusa mouebunt
 Sensiferos motus , quos extra corpus in auras
 Aëris haud possunt post mortem eiecta mouere .
 Propterea quia non simili ratione tenentur .
 Corpus enim aq; animis serit aër , si ahibere
 Sese anima , atq; in eos poterit concludere motus ,
 Quos ante in neruis , & in ipso corpore agebat .
 Quare etiam atq; etiam resoluto corporis omni
 Tegmine ,

Tegmine, & eiectis extra uitalibus auris,
 Dissolui sensus animi satiare necesse est,
 Atq; animam, quoniam coniuncta est causa duobus.
 Deniq; cum corpus nequeat perferre animai
 Discidium, quin in utro tabescat odore,
 Quid dubitas, quin ex imo, penitusq; uorta
 Emanarit uti fumus diffusa animæ uis?
 Atq; ideo tanta mutatum putre ruina
 Considerit corpus penitus, quia mota loco sunt
 Fundamenta foras animæ, manantq; per artus,
 Perq; uiarum omneis flexus, in corpore qui sunt,
 Atq; foramina. multimodis ut noscere possis
 Dispertitam animæ naturam exisse per artus,
 Et prius esse sibi distractam corpore in ipso,
 Quam prolapsa foras enaret in aeris auras.
 Quin etiam sineis dum uita uertitur intra,
 Sæpe aliqua tamen è causa labefacta uidetur,
 Et quasi supremo languescere tempore uultus,
 Molliaq; exangui cadere omnia corpore membra.
 Quod genus est animo malefactum cum perhibetur,
 Aut animam liquisse ubi iam trepidatur, & omnes
 Extremum cupiunt uires reprændere uinclum.
 Conquassatur enim tum mens, animæq; potestas
 Omnis, et hæc ipso cum corpore collabescunt,
 Ut grauior paulo possit dissoluere causa.
 Quid dubitas tandem, quin extra prodita corpus
 Imbecilla foras in aperto tegmine dempto,
 Non modo non omnem possit durare per æuum,
 Sed minimum quoduis nequeat consistere tempus?
 Nec sibi enim quisq; moriens sentire uidetur

Ire foras animam incolumem de corpore toto ,
 Nec prius ad iugulum, et superas accedere fauces ,
 Verum deficere in certa regione locatam ,
 Ut sensus alios in partem quæ sua scit
 Dissolui. quod si immortalis nostra foret mens ,
 Non tam se moriens dissolui conquereretur ,
 Sed magis ire foras, uestemque relinquere, ut anguis ,
 Gauderet, præ longa senex aut cornua ætius .
 Denique cur animi nunquam mens, consiliumque
 Gignitur in capite, aut pedibus, manibusve, sed unis
 Sedibus, et cæcis regionibus omnibus hæret,
 Si non certa loca ad nascendum reddita cuique
 Sunt, et ubi quicquam possit durare creatum ,
 Atque ita multimodis pro totis artibus esse
 Membrorum, ut nunquam existat præposterus ordo,
 Usque adeo sequitur res rem, neque flamma creati
 Fluminibus solita est, neque in igni gignitur aliorum .
 Præterea, si immortalis natura animæ est,
 Et sentire potest secreta à corpore nostro,
 Quinque (ut opinor) eam faciendum est sensibus auctam,
 Nec ratione alia nosmet proponere nobis
 Possumus infernas animas acheronte uocari .
 Pictores itaque, et scriptorum sæcla priora
 Sic animas introduxerunt sensibus auctas .
 At neque rursus oculi, neque nares, nec manus ipsa
 Esse potest anima, neque seorsum lingua, neque aures
 Auditum per se possunt sentire, neque esse .
 Et quoniam toto sentimus corpore inesse
 Vitalem sensum, et totum esse animale uidemus ,
 Si subito medium celeri præciderit ictu

Vis aliqua, ut seorsum partem seernat utranq;
 Disperita procul dubio quoq; uis animai,
 Et disassa simul cum corpore disiacetur.
 At quod scinditur, & partem discedit in ulla,
 Saluet æternam sibi naturam abnuat esse.
 Falaseros memorant currus abscondere membra
 Sæpe ita de subito permista cæde calentis,
 Ut tremere in terra uideatur ab artibus id, quod
 Decidit absassum, cum mens tamen, atq; hominis uis
 Mobilitate mali non quit sentire dolorem,
 Et simul in pugnae studio q̄ dedita mens est,
 Corpore cum reliquo pugnam, cædesq; petescat,
 Nec tenet amissam leuam cum tegmine sæpe
 Inter equos abstraxe rotas, falcatq; rapaces,
 Nec cecidisse alius dextram, cum scandit, et instat.
 Inde alius conatur adempto surgere crure,
 Cum digitos agitat prope moribundus humi pes,
 Et caput absassum calido, uiuenteq; trunco,
 Seruat humi uultum uitalem, oculosq; patentis,
 Donec reliquias animai reddidit omnes.
 Quin etiam tibi si lingua uibrante minaxim,
 Serpentem, et cauda proæro corpore, utrinq;
 Sit libitum in multas partem disandere ferro,
 Omnia iam seorsum ætner ancisa recenti
 Vulnere tortari, & terram conspargere tabo.
 Ipsam seq; retro partem petere ore priorem
 Vulneris ardenti, ut moysu premar ista dolore.
 Omnibus esse igitur totas dicimus in illis
 Particulis animas, at ea ratione sequemur
 Vnam animantem animas habuisse in corpore multas.

Ergo diuisa est ea, quæ fuit una simul cum
 Corpore, quapropter mortale utrunq; putandum est,
 In multas quoniam partes discinditur æque.
 Præterea, si immortalis natura animi
 Constat, & in corpus nascentibus insinuat,ur,
 Cur super anteaquam ætatem meminisse nequimus
 Interiisse, & quæ nunc est, nunc esse creatam?
 Nec uestigia gestarum rerum ulla tenemus?
 Nam si tantopere est animi mutata potestas,
 Omnis ut actarum exacerit retinentia rerum,
 Non (ut opinor) id ab leto iam longius errat.
 Quapropter fatiare necesse est, quæ fuit ante,
 Interiisse, et quæ nunc est, nunc esse creatam.
 Præterea, si iam perfecto corpore nobis
 Inferri solita est animi uiuata potestas
 Tum cum gignimur, et uitæ cum limen inimus,
 Haud ita conueniebat uti cum corpore, et unâ
 Cum membris uideatur in ipso sanguine cresse,
 Sed uelut in cauea per se sibi uiuere solam
 Conuenit, ut sensu corpus tamen affluat omne.
 Quare etiam atq; etiam neq; originis esse putandū est
 Expertis animas, nec leti lege solutas.
 Nam neq; tantopere adnecti potuisse putandum est
 Corporibus nostris extrinsecus insinuat,as,
 Quod fieri totum contra manifesta docet res.
 Namq; ita connexa est per uenas, uiscera, neruos,
 Ossaq; uti dentes quoq; sensu participantur,
 Morbus ut indicat, & gelidai stringor aquai,
 Et lapis oppressus subitis è frugibus asper,
 Nec tam contexta cum sint, exire uidentur

Incolumes posse, & saluas exoluere sese
 Omnibus è neruis, atq; ossibus, articularisq;. Q
 Quod si forte putas extrinsecus insinuatam V
 Permanare animam nobis per membra solere, A
 Tanto quæq; magis cum corpore fusa peribit. A
 Quod permanat enim, dissoluitur. interit ergo. I
 Dissertita ergo per caulas corporis omnes, I
 Ut cibus in membra, atq; artus cum dicitur omnis, O
 Disperit, atq; aliam naturam sufficit ex se, I
 Sic anima, atq; animus, quanuis integra reccns in I
 Corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur, O
 Dum quasi per caulas omnis diduntur in artus I
 Particulæ, quibus hæc animi natura creatur, I
 Quæ nunc in nostro dominatur corpore nata I
 Ex illa, quæ tunc periit partita per artus. I
 Quapropter neq; natali priuata uidetur I
 Esse dic natura animæ, nec funeris expers. I
 Semina præterea relinquuntur nec ne animai I
 Corpore in ex animo? quod si relinquuntur, et insunt, I
 Haud erit, ut merito immortalis possit haberi I
 Partibus amissis, quoniam libata recessit. I
 Sin ita sinceris membris ablata profugit, I
 Ut nullas partes in corpore liquerit ex se, O
 Vnde cadauera rancenti iam uiscere uermes O
 Expirant? atq; unde animantium copia tanta I
 Exos, et ex anguis timidos persfluctuat artus? O
 Quod si forte animas extrinsecus insinuari A
 Vermibus, et priuas in corpora posse uenire O
 Credis, nec reputas cur millia multa animarum I
 Conueniant, unde una recesserit, hoc tamen est, ut I

Querendum uideatur, et in discrimen agendum,
 Vtrum tandem animæ ueniantur semina quæq;
 Vermiculorum, ipsæq; sibi fabricentur ubi sint,
 An quasi corporibus perfectis insinuentur.
 At neq; cur faciant ipsæ, quare' ue laborent
 Dicere supeditat, neq; enim sine corpore cum sint
 Sollicitæ uolitant morbis, alioq; fameq;
 Corpus enim magis his uitis, et sine laborat,
 Et mala multa animus contagia fungitur eius.
 Sed tamen his esto quamuis facere utile corpus
 Cum subeant, at qua possint, uia nulla uidetur.
 Haud igitur faciunt animæ sibi corpora et artus,
 Nec tamen est, quasi cur perfectis insinuentur
 Corporibus, neq; enim poterunt subtiliter esse
 Connexæ, ne cum sensu contagia fiant.
 Deniq; cur acris uiolentia triste leonum
 Seminium sequitur, uulpes dolus, et fuga ceruus.
 A patribus datur, et patrius pauor incitat artus,
 Et iam cætera de genere hoc, cur omnia membris
 Ex incunte æuo generascunt, ingenioq;
 Si non certa suo quia semine, seminioq;
 Vis animi pariter crescit cum corpore quoq;
 Quod si immortalis foret, et mutare soletet
 Corpora, permistis animantes moribus essent.
 Effugeret canis hircano de semine sæpe
 Cornigeri incursum ceruus, tremereq; per auras
 Aeris accipiter fugiens ueniente columba,
 Despererent homines, saperent fera sæcla ferarum.
 Illud enim falsa fertur ratione, quod aiunt
 Immortalem animam mutato corpore flecti,

Quod mutatur enim, dissoluitur, interit ergo.
 Traiiciuntur enim partes, atq; ordine migrant,
 Quare dissolui quoq; debent posse per artus,
 Deniq; ut intereant unà cum corpore cuncta.
 Sin animas hominum dicent in corpora semper
 Ire humana, tamen quares cur è sapienti
 Stulta queat fieri, nec prudens sit puer ullus.
 Nec tam doctus equa pullus, q̄ fortis equi uis.
 Si non arta suo quia semine, seminioq;
 Vis animi pariter crescit cum corpore quoq;.
 Saliat in tenero tenera scire corpore mentem
 Confringent, quod si iam fit, fateare necesse est,
 Mortalem esse animam, quoniam mutata per artus
 Tantopere amittit uitam, sensumq; priorem.
 Quomodo nam poterit pariter cum corpore quoq;
 Confirmata cupiam aetatis tangere florem
 Vis animi? nisi erit consors in origme prima?
 Quid' ue foras sibi uult membris exire senectis?
 An memit conclusa manere in corpore putri?
 Et domus aetatis spatium ne fessa uersio
 Obruat? at non sunt immortalis ulla pericla.
 Deniq; connubia adueneris, partusq; ferarum
 Esse animas praesto, deridiculum esse uidetur,
 Et spectare immortales mortalia membra,
 In numero numero certareq; praeproperanter
 Inter se quae prima, potissimaq; insinuetur.
 Si non forte ita sunt animarum foedera pacta,
 Ut quae prima uolans aduenerit, insinuetur
 Prima, neq; inter se contendant uiribus hilum.
 Deniq; in aethere non arbor, non aequore in alto

Nubes esse queunt, nec pisces uiuere in aruis,
 Nec cruor in lignis, nec saxi succus inesse.
 Certum, ac dispositum est, ubi quicq̄ crescat & insit.
 Sic animi natura nequit sine corpore oriri
 Sola, neq; à neruis, et sanguine longius esse.
 Hoc si posset enim, multo prius ipsa animi uis
 In capite, aut humeris, aut imis calcibus esse
 Posset, et innasci quauis in parte soletet,
 Tandem in eodem homine, atq; in eodē uase maneret.
 Quod quoniam nostro quoq; constat corpore, certum,
 Dispositumq; uidetur, ubi esse, et crescere possit
 Seorsum anima, atq; animus. tanto magis inficiandum
 Totum posse extra corpus durare, geniq;.
 Quare, corpus ubi interiit, periisse necesse est
 Confiteare animam distractam in corpore toto.
 Quippe etenim mortale æterno iungere, et unã
 Consentire, putare, et fungi mutua posse,
 Desipere est. quid enim diuersius esse putandum est,
 Aut magis inter se disiunctum, discrepitansq;?
 Quam mortale quod est immortalis, atq; perenni
 Iunctum, in concilio sauas tolerare procellas?
 Præterea, quæcunq; manent æterna, necesse est,
 Aut, quia sunt solido cum corpore, respuere ictus,
 Nec penetrare pati sibi quicq̄, quod queat artus
 Dissociare intus, partes & materiae æu
 Corpora sunt, quorum naturam ostendimus ante,
 Aut ideo durare ætatem posse per omnem,
 Plagarum quia sunt expertia, sicut inane est,
 Quod manet intactum, neq; ab ictu frangitur hilum.
 Aut ideo, quia nulla loci sit copia circum,

Quasi res possint discedere, dissoluq;
 Sicuti summarum summa est aeterna, neq; extra
 Quis locus est, quo diffugiant, neq; corpora sunt, quæ
 Possint incidere, & ualida dissoluere plagæ.
 At neq; (uti docui) solido cum corpore mentis
 Natura est, quoniam admistum est in rebus inane.
 Nec tamen est ut inane, neq; autem corpora desunt
 Ex infinito, quæ possint forte cœorta
 Corruere hanc mentis uiolento turbine molem,
 Aut aliam quamuis cladem importare pericli,
 Nec porro natura loci, spaciumq; profundi
 Deficit, expargi quo possit uis animai,
 Aut alia quamuis possit uis pulsa perire,
 Haud igitur leti præclusa est ianua menti.
 Quod si forte ideo magis immortalis habenda est,
 Quod uitalibus ab rebus munita tenetur,
 Salicet à uera longe ratione remotam est.
 Aut quia non ueniunt omnino plena salutis,
 Aut quia quæ ueniunt aliqua ratione recedunt
 Pulsa prius, quæ quid noccat sentire queamus.
 Præter enim quæ quod morbi est cum artus ægrotant,
 Aduenit id, quod eam de rebus sæpe futuris
 Mærat, in quæ metu male habet, curisq; fatigat,
 Præteritisq; admissa malis peccata remordent.
 Adde furorem animi proprium, atq; obliuia rerum,
 Adde quæ in nigras lethargi mergunt undas.
 Nil igitur mors est ad nos, neq; pertinet hilum,
 Quandoquidem natura animi mortalis habetur,
 Et ueluti antea cto nil tempore sensimus ægri,
 Ad confligendum uenientibus undiq; poenis,

Omnia cum belli trepido concussa tumultu
 Horrida contremuere sub altis aetheris auris,
 In dubioque fuerit utrorum ad regna cadendum
 Gentibus humanis esset, terraque, marique,
 Sic ubi non erimus, cum corporis, atque animam
 Disidium fuerit, quibus haesimus uniter apti,
 Saluet haud nobis quicquam, cum non erimus, tum
 Accidere omnino poterit, sensumque mouere,
 Non si terra mari miscbitur, et mare caelo.
 Et si iam nostro sentit de corpore, postquam
 Distracta est animi natura, animaque potestas,
 Nil tamen hoc ad nos, qui contempti, coniungoque
 Corporis, atque anima consistimus uniter apti,
 Nec si materiam nostram collegerit aetas
 Post obitum, rursusque redegerit, ut sita nunc est,
 Atque iterum nobis fuerint data lumina uitae,
 Pertineat quicquam tamen ad nos id quoque factum,
 Interrupta semel cum sit repentina nostra.
 Et nunc nil ad nos de nobis attinet, ante
 Qui fuimus, nec iam de illis nos afficit angor,
 Quos de materia nostra noua proferet aetas.
 Nam cum respicias immensi temporis omne
 Praeteritum spatium, tum motus materiae
 Multimodi quae sint, facile hoc accredere possis,
 Semina saepe in eodem, ut nunc sunt ordine posita,
 Nec memori tamen id quimus deprandere mente,
 Inter enim iecta est uitae pausa, uagisque
 Deerrarunt passim motus ab sensibus omnes.
 Debet enim misere, cum forte aegreque futurum est,
 Ipse quoque esse in eo tum tempore, cui male possit

Accidere, at quoniam mors eximit id, prohibetq;
 illum cui possint incommoda conciliari
 Hæc eadem, quibus ægri nunc sumus, ante fuisse,
 Scire licet, nobis nihil esse in morte timendum,
 Nec miserum fieri, qui non est, posse, neq; hilum
 Differre, an nullo fuerit iam tempore natus,
 Mortalem uitam mors cum immortalis ademit.
 Prôinde, ubi se uideas hominem indignarier ipsum
 Post mortem fore, ut aut putrescat corpore posto,
 Aut flammis interficiat, malis'ue ferarum,
 Scire licet, non sincerum sônere, atq; subesse
 Cæcum aliquem cordi stimulum, quanuis neget ipse
 Credere se quenq; sibi sensum in morte futurum.
 Non (ut opinor) enim dat, quod promittit abunde,
 Nec radicibus è uita se tollit, et icit,
 Sed facit esse sui quiddam super inscius ipse.
 Viuus enim sibi cum proponit quisq; futurum,
 Corpus uti uolucres lacerent in morte, feraq;
 Ipse sui miseret, neq; enim se diuidit hilum,
 Nec remouet satis à proiecto corpore, et illum
 Se fingit, sensuq; suo contaminat astans,
 Hinc indignatur se mortalem esse creatum,
 Nec uidet in uera nullum fore morte alium se.
 Qui possit uiuus sibi se lugere peremptum,
 Stansq; iacentem nec lacerari, urt'ue dolore.
 Nam si in morte malum est, malis, morsuq; ferarum
 Tractari, non inuenio qui non sit ætæbum
 Ignibus impositum calidis torrescere flammis,
 Aut in melle situm suffocari, atq; rigere
 Frigore cum summo gelidi cubat æquore saxi.

Urgeri ue superne obrutum pondere terræ.
 At iam non domus accipiet te læta, neq; uxor
 Optima, nec dulces occurrent oscula nati
 Præripere, & tacita pectus dulcèdine tangent.
 Non poteris factis florentibus esse, tuisq;
 Præsidium, misero misere aiunt omnia ademit
 Vna dies infesta tibi tot præmia uitæ.
 Illud in his rebus non addunt, nec tibi earum
 Iam desiderium rerum super insidet unâ.
 Quod bene si uideant animo, dictisq; sequantur,
 Dissoluant animi magno se angore, metuq;
 Tu quidem ut es læto sopitus, sic eris æui
 Quod superest, cunctis priuatus doloribus ægris,
 At nos horrif. co cinefactum te prope busto
 Insatiabiliter desiebinus, æternumq;
 Nulla dies nobis mærorem è pectore demet.
 Illud ab hoc igitur quærendum est, quid sit amari
 Tantopere, ad somnum si res redit, atq; quietem,
 Cur quisq; æterno possit tabescere luctu,
 Hoc etiam faciunt, ubi discubere, tenentq;
 Pocula sæpe homines, et inumbrant ora coronis,
 Ex animo, ut dicant, breuis hic est fructus homullis,
 Iam fuerit, neq; post unq; reuocare licet.
 Tanq; in morte mali cum primis hoc sit eorum,
 Quod sitis exurat miseros, atq; arida torrat,
 Aut alia, cuius desiderium insideat, res.
 Nec sibi enim quisq; tum se, uitamq; requireret,
 Cum pariter mens, et corpus sopita quiescunt.
 Nam licet æternum per nos sic esse soporem,
 Nec desiderium nostri nos addigit ullum,

Et tamen haud quā nostros tunc illa per artus
 Longe ab sensiferis primordia motibus errant,
 Quin correptus homo ex somno se colligit ipse.
 Multo igitur mortem minus ad nos esse putandum,
 Si minus esse potest, q̄ quod nihil esse uidemus.
 Maior enim turba disiectus materiai
 Consequitur leto, nec quis q̄ expergitus extat,
 Frigida quem semel est uitai pausa secuta.
 Deniq; si uocem rerum natura repente
 Mittat, et hoc alicui nostrum sic increpet ipsa,
 Quid tibi tantopere est mortalis, q̄ nimis a gr̄is
 Luctibus indulges? quid mortem congemis, ac fies?
 Num gr̄is fluxit tibi uita antea, priorq;,
 Et non omnia pertusum congesta quasi in uas
 Commoda perfluxere, atq; ingrata interiere?
 Cur non ut plenus uita conuiuia recedis?
 Aeque animoq; capis securam stulte quietem?
 Sin ea quā functus cumq; es, periēre profusa,
 Vitaq; in offenso est, cur amplius addere quaeris,
 Rursum quod pereat male, et ingratum occidat omne?
 Non potius uita finem iacis, atq; laboris?
 Nam tibi praeterea quod machiner, inueniamq;,
 Quod placeat, nihil est. eadem sunt omnia semper.
 Si tibi non annis corpus iam marcescit, et artus
 Confecti languent, eadem tamen omnia restant,
 Omnia si perges uiuendo uincere saecula,
 Atq; etiam potius, si nunq; sis moriturus.
 Quid respondemus, nisi iustam intendere litem
 Naturam, et ueram uerbis exponere causam?
 At qui obitum lamentatur miser amplius a quo,

Non merito inclamet magis, et uoce increpet acris?
 Aufer ab hinc lachrymas barde, et compesce querelas,
 Grandior hic uero si iam, seniorq; queratur,
 Omnia perfunctus uitae praemia marces.
 Sed quia semper aues, quod abest, praesentia tinnis,
 Imperfecta tibi elapsa est, ingrataq; uita,
 Et nec opinanti mors ad caput astitit ante,
 Quam satur, ac plenus possis discedere rerum.
 Nunc aliena tua tamen aetate omnia mitte,
 Aequo animoq; aegedum iam aliis concede, necesse est
 Iure (ut opinor) agat, iure increpet, incilietq;.
 Cedit enim rerum nouitate extrusa uetustas
 Semper, et ex aliis aliud reparare necesse est.
 Nec quisq; in barathrum, nec tartara deditur atra,
 Materie si opus est, ut crescant postera saecula.
 Quae tamen omnia te uitam perfunctam sequentur.
 Nec minus ergo ante haec, q; tu, caedere, cadentq;.
 Sic alid ex alio nunq; desistet oriri.
 Vitaq; manapio nulli datur, omnibus usu.
 Respice item q; nil ad nos anteaetate uetustas
 Temporis aeterni fuerit, q; nascimur ante.
 Hoc igitur speculum nobis natura futuri
 Temporis exponit, post mortem deniq; nostram
 Num quid ibi horribile apparet? num triste uidetur
 Quicq; non ne omni somno securius extat?
 Atqui animarum etiam quaecunq; acheronte profundo
 Proditae sunt esse, in uita sunt omnia nobis.
 Nec miser impendens magnum timet aere saxum
 Tantalus (ut fama est) cassae formidine torpens,
 Sed magis in uita diu um meus ut get inanis

Mortales, a sumq; timent, quem cuiq; ferat fors.
 Nec Tityon uolucres ineunt acheronte iacentem,
 Nec q; sub magno scrutentur pectore quicq;
 Perpetuam aetatem poterunt repetire protecto,
 Quamlibet immani proiectu corporis exeat,
 Qui non sola nouem dispersis iugera membris
 Obtineat, sed qui terrarum totius orbem,
 Non tamen aeternum poterit perferre dolorem,
 Nec praeberere cibum proprio de corpore semper.
 Sed Tityus nobis hic est in amore iacentem,
 Quem uolucres lacerant, atq; exest anxius angor,
 Aut alia quavis scandunt turpedine curae.
 Sisyphus in uita quoq; nobis ante oculos est,
 Qui petere à populo fascēs, saxasq; secures
 Imbibit, et semper uictus, tristisq; recedit.
 Nam petere imperium, quod inane est, nec datur unq;
 Atq; in eo semper durum sufferre laborem;
 Hoc est aduerso nixantem trudere monte
 Saxum, quod tamen à summo iam uertice rursus
 Voluitur, et plani raptim petit aequora campi,
 Deinde antum in gratiam naturam pascere semper,
 Atq; explere bonis rebus, satiareq; nunq;
 Quod faciunt nobis annorum tempora, circum
 Cum redeunt, focusq; ferunt, uariosq; lepores.
 Nec tamen explemur uitae fructibus unq;.
 Hoc (ut opinor) id est a quo florente puellas,
 Quod memorant, laticem peruisum congerere in uas,
 Quod tamen expleri nulla ratione potestur.
 Cerberus, et furiae iam uero & lucis e genus
 Tartarus horriferos eructans faucibus aëstus.

LIB .

Hæc neq; sunt usquam, nec possunt esse profecto.
 Sed metus in uitæ poenarum pro male factis
 Est insignibus insignis, scelerisq; luela
 Carcer, et horribilis de saxo iactus eorum,
 Verbera, carnificæ, robur, pax, lamina, tædæ,
 Quæ tamen et si absunt, at mens sibi conscia facti
 Præmetuens, adhibet stimulos, torretq; flagellis,
 Nec uidet interea, qui terminus esse malorum
 Possit, nec quæ sit poenarum deniq; finis,
 Atq; eadem metuit magis hæc ne in morte grauescant,
 Hinc acherusia fit stultorum deniq; uita.
 Hoc etiam tibi tu te interdum dicere possis,
 Lumina sic etiam solis bonus Ancus reliquit,
 Qui melior multis, q̄ tu, fuit improbe, rebus.
 Inde alii multi reges, rerumq; potentes
 Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.
 Ille quoq; ipse, uiam qui quondam per mare magnum
 Strauit, iterq; dedit legionibus ire per altum,
 Ac pedibus salsas docuit superare lacunas,
 Et contempsit equis insultans murmuræ ponti,
 Lumine adempto animam moribundo corpore fudit.
 Scipiades belli fulmen, carthagensis horror,
 Offa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset.
 Adde repertores doctrinarum, atq; leporum.
 Adde heliconiadum comites, quorum unus Homerus
 Sceptra potitus, eadem aliis sopitus quiete est.
 Deniq; Democritum postq̄ matura uetustas
 Admonuit memores motus languescere mentis,
 Sponte sua leto caput obuius obtulit ipse.
 Ipse Epicurus obiit decurso lumine uitæ,

Qui

Qui genus humanum ingenio superauit, et omnes
 Resinxit stellas exortus uti aetherius sol.
 Tu uero dubitabis, et indignabere obire?
 Mortua cui uita est propè iam uiuo, atq; uidentis?
 Qui somno partem maiorem cõteris cui,
 Et uigilans stertis, nec somnia ætæte cessas,
 Sollicitamq; geris cassa formidine mentem,
 Nec reperire potes, quod sit tibi sæpe mali, cum
 Ebrius ut geris multis miser undiq; curis,
 Atq; animo incerto fluitans errore uagaris?
 Si possent homines pèrinde, ac sentire uidentur,
 Pondus inesse animo, quod se grauitate fatiget,
 Et quibus id fiat causis, cognoscere, et unde
 Tanta mali tanq̃ moles in pectore consistet,
 Haud ita uitam agerent, ut nunc plerunq; uidemus,
 Quod sibi quisq; uelit, nescire, et quærere semper
 Commutare locum, quasi onus deponere possit.
 Exit sæpe foras magnis ex ædibus ille,
 Esse domi quem pertesum est, subitoq; reuertit,
 Quippe foris nihilo melius qui sentiat esse.
 Currit agens mannos ad uillam hic præcipitanter,
 Auxilium tectis quasi ferre ardentibus instans,
 Oscitat extemplo tetigit cum limina uilla,
 Aut abit in somnum grauis, atq; obliuia quærit,
 Aut etiam properans urbem petit, atq; reuisit.
 Hoc se quisq; modo fugit, at quod scilicet, ut fit,
 Effugere haud potis est, ingratius hæret, et angit,
 Propterea, morbi quia causam non tenet æger,
 Quam bene si uideat, iam rebus quisq; relictis
 Nactam primum studeat cognoscere rerum,

Temporis æterni quoniam non unius horæ
 Ambigitur status, in quo sit mortalibus omnis
 Aetas post mortem, quæ restat cunq; manendo.
 Deniq; tantopere in dubiis trepidare periculis,
 Quæ mala nos subigit uitæ tanta cupido?
 Certe equidem finis uitæ mortalibus astat,
 Nec deuitari letum pote quin obeamus.
 Præterea uersamur ibidem, atq; in sumus usq;
 Nec noua uiuendo procuditur ulla uoluptas.
 Sed dum abest, quod auemus, id exuperare uidetur
 Cetera post aliud, cum contigit illud, auemus,
 Et sitis æqua tenet uitæ semper hiantis.
 Posteraq; in dubio est, fortunam quam uehat ætas,
 Quid' ue ferat nobis casus, qui' ue exitus instet.
 Nec prosum uitam ducendo, demimus hilum
 Tempore de mortis, nec delibare ualemus,
 Quo minus esse diu possimus sorte perempti.
 Proinde, licet quotuis uiuendo cõdere sæcla,
 Mors æterna tamen nihilo minus illa manebit,
 Nec minus ille diu iam non erit ex hodierno
 Lumine, qui finem uitæ fecit, & ille
 Mensibus, atq; annis qui multis occidit ante.

T. LVCRETII CARI

DE
RERVM NATVRA

LIBER

III

FINIT

LVIII.
. T. LVCRETII CARI DE RERVM
NATVRA
LIBER QVARTVS.



Via pieridum péragro loca, nul
lius ante
Trita solo, iuuat intégros acce
dere fontis,
Atq; haurire, iuuatq; nouos de
cerpere flores,
Insignemq; meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli uelant tempora musæ.
Primum, q; magnis docto de rebus, et arctis
Relligionum animum nodis exoluere pergo,
Déinde, q; obscura de re tam luada pando
Carmina, musæo contingens cuncta lepore,
Id quoq; enim non ab nulla ratione uidetur.
Nam ueluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Aspirant mellis dulci, flauoq; liquore,
Vt puerorum ætas improvida ludificatur,
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Absinthii laticam, deceptaq; non capiatur,
Sed potius tali à tactu recreata ualescat.
Sic ego nunc, quoniam hæc ratio plerunq; uidetur
Tristior esse, quibus non est tractata, retroq;
Vulgus abhorret ab hac, uolui tibi suauiloquenti
Carmine pierio rationem exponere nostram,
Et quasi musæo dulci contingere melle,
Si tibi forte animum tali ratione tenere

Versibus in nostris possem, dum percipis omnem
 Naturam rerum, ac percipis utilitatem.
 Sed quoniam docui cunctarum exordia rerum
 Qualia sint, et quae variis distantia formis
 Sponte sua uolunt alterno peracta motu,
 Quoque modo possint res ex his quaeque creati.
 Atque animi quoniam docui natura quid esset,
 Et quibus est rebus cum corpore compta uigeret,
 Quo uero modo distracta rediret inordia prima,
 Nunc agere incipiam tibi, quod uehementer ad has res
 Attinet, esse ea, quae rerum simulacra uocamus,
 Quae quasi membranae summo de corpore rerum
 Directae uolitant ultro, citroque per auras.
 Atque eadem nobis uigilantibus obuia mentis
 Terrificant, atque in somnis cum saepe figuras
 Continuum miras, simulacraque luce carentium,
 Quae nos horrifice languentis saepe sopore
 Excierunt, ne forte animas acheronte reamur
 Effugere, aut umbras inter uiuos uolitare,
 Ne uero aliquid nostri post mortem posse relinqui,
 Cum corpus simul atque animi natura perempta
 In sua discessum dederint primordia quaeque.
 Dicam igitur rerum effigies, tenuisque figuras
 Mitti ab rebus summo de cortice earum,
 Quae quasi membranae, uel cortex nominanda est,
 Quod speciem, ac formam similem gerit eius imago,
 Cuiuscumque queat de corpore fusa uagari.
 Id licet hinc quamuis hebeti cognoscat corde.
 Principio quoniam mittunt in rebus apertis,
 Corpora res multa partim diffusa soluta,

Robora æu summum mittunt, ignesq; uaporem,
 Et partim contexta magis, condensaq;, ut olim
 Cum ueteres ponunt tunicas æstate cicada,
 Et uituli cum membranas de corpore summo
 Nascentes mittunt, et item cum lubrica serpens
 Exiit in spinis uestem. nam sæpe uidemus
 Illorum spoliis uepres uolitantibus auctas,
 Quæ quoniam fiunt, tenuis quoq; debet imago
 Ab rebus mitti summo de corpore rerum.
 Nam, cur illa cadant magis, ab rebusq; recedant,
 Quam quæ tenuia sunt, ostendi est nulla potestas.
 Præsertim, cum sint in summis corpora rebus
 Multa minuta, iaci quæ possint ordine eodem,
 Quo fuerint, formæq; suam seruare figuram,
 Et multo citius, quanto minus indupediri
 Pauca queunt, et sunt in prima fronte locata.
 Nam certe iacere, ac iaculari multa uidemus,
 Non solum ex alto penitus, æu diximus ante,
 Verum de summis ipsum quoq; sæpe colorem,
 Et uulgo faciunt id lutea, rufaq; uela,
 Et ferruginea cum magnis intenta theatris
 Per malos uulgata, trabesq; tenentia circum.
 Nanq; ibi confessum caueæ ornant subter, et omnem
 Scenalem speciem patrum, matrumq;, deorumq;
 Inficiunt, coguntq; suo fluitare colore.
 Et quanto circum mage sunt inclusa theatri
 Mœnia, tam magis hic intus perfusa lepore
 Omnia corrident concepta luce diei.
 Ergo lintea de summo æu corpore, fucum
 Mittunt, effigies quoq; debent mittere tenuis,

Res quæq; ex summo quoniam iaculantur utraq;
 Sunt igitur iam formarum uestigia certa,
 Quæ uulgo uolitant subtili prædita filo,
 Nec singillatim possunt secreta uideri.
 Præterea, omnis odor, fumus, uapor, atq; aliæ res
 Consimiles, ideo diffusæ rebus abundant
 Ex alto, quia dum ueniunt extrinsecus ortæ,
 Scinduntur per iter flexum, nec recta uiarum
 Ostia sunt, qua contendunt exire coorta.
 At contra, tenuis summi membrana coloris
 Cum iaciunt, nihil est quod eam discerpere possit
 In promptu, quoniam est in prima fronte locata.
 Postremo in speculis, in aqua, splendoreq; in omni
 Quæcumq; apparent nobis simulacra, necesse est,
 Quandoquidem simili specie sunt prædita rerum,
 Esse, et imaginibus missis consistere earum.
 Nam cur illa cadant magis, ab rebusq; recedant
 Corpora, res multæ, quæ mitunt corpore aperto,
 Quam quæ tenuia sunt, ostendi est nulla potestas.
 Sunt igitur tenues formarum, dissimilesq;
 Effigies, singillatim quas æternere nemo
 Cum possit, tamen assidue, crebroq; repulsu
 Reiectæ reddunt speculorum ex æquore uisum,
 Nec ratione alia seruari posse uidentur
 Tantopere, ut similes reddantur cuiq; figuræ.
 Nunc age, quæ tenui natura constet imago
 Percipe, et in primis quoniam primordia tantum
 Sunt infra nostros sensus, tantoq; minima,
 Quam quæ primum oculi coeptant non posse tueri.
 Nunc tamen id quoq;, uti confirmem exordia rerum

Cunctarum quae sint subtilia, percipe paucis.
 Primum, animalia sunt iam partim tantula, eorum ut
 Tertia pars nulla possit ratione uideri.
 Horum intestinum quoduis quale esse putandum est?
 Quid cordis globus, aut oculi? quae d membra? quae d artus?
 Quantula sunt? quid praeterea primordia quaeque?
 Vnde anima, atque animi constet natura, necessum est.
 Non ne uides, quae sint subtilia, quaeque minuta?
 Praeterea, quaecumque suo de corpore odorem
 Expirant acrem, panaces, absinthia terra,
 Abrotanisque graues, et tristia centaurea,
 Horum unumquoduis leuiter si forte mouebis,
 Quamprimum noscitur rerum simulacra uagari
 Multa modis multis, nulla uis, cassaque sensu.
 Quorum quantula pars sit imago, dicere nemo est,
 Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.
 Sed ne forte putes ea demum sola uagari,
 Quaecumque ab rebus rerum simulacra recedunt,
 Sunt etiam quae sponte sua gignuntur, et ipsa
 Constituuntur in hoc caelo, qui dicitur aer,
 Ut nubes facile interdum conerescere in alto
 Cernimus, et mundi speciem uiolare serenam,
 Quae multis formata modis sublime feruntur
 Aera mulcentes motum. nam saepe gignentium
 Ora uolare uidentur, et umbram ducere late,
 Interdum magni montes, auulsaque saxa
 Montibus anteire, et solem succedere praeter.
 Inde alios trahere, atque inducere belua nimbos,
 Nec speciem mutare suam liquentia cessant,
 Et cuiuscemodi formatum uertere in ora;

Nunc ea quae facili, et celeri ratione gerantur,
 Perpetuoque fluant ab rebus, lapsaque cadant.
 Semper enim summum quicquid de rebus abundat,
 Quod iaculentur, hoc alias cum peruenit in res,
 Transit ut in primis uestem, sed ubi aspera saxa,
 Aut in materiem ligni peruenit, ibi iam
 Scinditur, ut nullum simulacrum reddere possit.
 At cum splendida quae constant, opposita fuerunt,
 Densaque, ut in primis speculum est, nihil accidit horum.
 Nam neque uti uestem possunt transire, neque ante
 Scindi, quae meminit leuor praestare salutem,
 Quae propter fit, ut hinc nobis simulacra redundent.
 Et quamuis subito quouis in tempore, quamque
 Rem contra speculum ponas, apparet imago,
 Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo
 Texturas rerum tenuis, tenuisque figuras.
 Ergo multa breui spatio simulacra geruntur,
 Ut merito celeris rebus dicatur origo,
 Et ceu multa breui spatio submittere debet.
 Lumina sol, ut perpetuo sint omnia plena,
 Sic ab rebus item simili ratione necesse est
 Temporis in puncto rerum simulacra ferantur
 Multa modis multis in cunctas undique partes.
 Quandoquidem speculum quocumque obuertimus illud,
 Res ibi respondent simili forma, atque colore.
 Praeterea, modo cum fuerit liquidissima caeli
 Tempestas, per quam subito fit turbida caede
 Undique, uti tenebras omnes acheronta reamur
 Liquisse, et magnas caeli compleisse caernas,
 Usque a deo tetra nimborum nocte coorta,

Impendent atræ formidinis ora superne,
 Quorum quantula pars sit imago, dicere nemo est.
 Qui possit, neque eam rationem reddere dictis.
 Nunc age, quæ celeri motu simulacra ferantur,
 Et quæ mobilitas ollis tranantibus auras
 Reddita sit, longo spatio ut brevis hora teratur,
 In quem quæque locum diuerso momine tendit, ^{unt}
 Suauidis potius, quæ multis uersibus edam,
 Paruus ut est cycni melior canor ille, gruum quæ
 Clamor in aetheriis dispersus nubibus austru.
 Principio persæpe leuis res, atque minutis
 Corporibus factas, celeris licet esse uidere,
 In quo iam genere est solis lux, et uapor eius,
 Propterea quia sunt è primis facta minutis,
 Quæ quasi cudentur, perque aeris interuallum
 Non dubitant transire sequenti concina plaga.
 Suppeditatur enim confestim lumine lumen,
 Et quasi protelo stimulaturs fulgure fulgur.
 Quapropter simulacra pari ratione necessum est
 Immemorable per spatium transcurrere posse
 Temporis in puncto. primum, quod paruula causa
 Est satis, à tergo quæ prouehat, atque propellat.
 Deinde, quod usque adeo textura prædita rara
 Mittuntur, facile ut quasuis penetrare queant res,
 Et quasi permanere per aeris interuallum.
 Præterea, si quæ penitus corpuscula rerum
 Ex alto in terras mittuntur, solis uti lux,
 Ac uapor, hæc puncto cernuntur lapsa diei
 Per totum calispatium diffundere sese,
 Perque uolare mare, ac terras, calumque rigare.

Quod superest, ubi tam uolucris hęc leuitate feruntur.
 Quid quę sunt igitur, iam prima fronte parata,
 Cum iaciuntur, & emissum res nulla moratur,
 Non ne uides, citius debere, et longius ire,
 Multiplexq; loci spatium transcurre eodem
 Tempore, quo solis peruulgant lumina cælum?
 Hoc etiam in primis specimen uerum esse uidetur,
 Quam celeri motu rerum simulacra ferantur.
 Quod simulac primum sub diuo splendor aquai
 Ponitur, ex templo calo stellante serena
 Sidera respondent in aqua radiantia mundi.
 Iam ne uides igitur, q̄ puncto temporis imago
 Aetheris ex oris in terrarum incidat oras?
 Quare etiam atq; etiã minima hęc fatiare necesse est
 Corpora, quę feriant oculos, uisumq; lacessant,
 Perpetuoq; fluant certis ab rebus obortu,
 Frigus ut à fluuiis, calor à sole, aestus ab undis
 Aequoris, exesor metorum litera circum.
 Deniq; in os salsi uenit humor sape saporis,
 Cum mare uersamur propter, dilutaq; contra
 Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror.
 Usque adeo omnibus ab rebus res quęq; fluenter
 Ferunt, et in cunctas dimittitur undiq; partis,
 Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi,
 Perpetuo quoniam sentimus, & omnia semper
 Cernere, odorari licet, et sentire sonorem.
 Nec uaria cessant uoces uolitare per auras.
 Præterea, quoniam manibus tractata figura
 In tenebris quadam cognoscitur esse, eademq;
 Cernitur in lux, et claro candore, necesse est

Consimili causa tactum, uisumq; moueri.
 Nunc igitur, si quadratum tentamus, & id nos
 Commouet in tenebris, in luci quæ poterit res
 Accidere ad speciem, quadrata nisi eius imago?
 Esse in imaginibus quæ propter causa uidentur
 Cernendi, neq; posse sine his res ulla uideri.
 Nunc ea quæ dicō rerum simulacra feruntur
 Undiq; , & in cunctas iaciuntur didita partis.
 Verum nos oculis quia solis cernere quimus,
 Propterea fit, uti speciem quo uertimus, omnes
 Res ibi eam contra feriant forma, atq; colore.
 Et quantum quæq; à nobis res absit, imago
 Efficit, ut uideamus, & internoscere curat.
 Nam cum mittitur, ex templo protrudit, agitq;
 Aera, qui inter se cunq; est, oculosq; locatus.
 Ipsiq; ita per nostras acies perlabitur omnes,
 Et quasi perterget pupillas, atq; ita transit.
 Propterea fit, uti uideamus q̄ procul absit
 Res quæq; , et quanto plus aeris ante agitur,
 Et nostros oculos perterget longior aura.
 Tam procul esse magis res quæq; remota uideatur.
 Scilicet hæc summe æleri ratione geruntur,
 Quale sit, ut uideamus, & unà q̄ procul absit.
 Illud in his rebus minime mirabile habendum est,
 Cur ea, quæ feriant oculos simulacra, uideri
 Singula cum nequeant, res ipsæ perspiciantur.
 Ventus enim quoq; paulatim cum uerberat, et cum
 Acre ferit frigus, non primam quæq; solemus
 Particulam uenti sentire, & frigoris eius,
 Sed magis introrsam, fieriq; perinde uidemus

Corpore non plagas in nostro, tanq̄ aliqua res
 Verberet, atq; sui det sensum corporis extra.
 Præterea, lapidem digito cum tundimus ipsum,
 Tangimus extremum saxi, summumq; colorem,
 Nec sentimus eum tactu, uerum magis ipsam
 Duritiem penitus saxi sentimus in alto.
 Nunc age, cur ultra speculum uideatur imago,
 Percipe. nam certe penitus semota uidetur,
 Quod genus illa foris, quæ uere transpiciuntur.
 Ianua cum per se transpectum præbet apertum,
 Multa facitq; foris ex ædibus ut uideantur.
 Is quoq; enim duplici, geminoq; fit aere uisus.
 Primus enim citra postes qui cernitur aer,
 Inde fores ipsæ dextra, leuâq; sequuntur,
 Post, extraria lux oculos pertinget, et aer
 Alax, et illa foris quæ uere transpiciuntur.
 Sic ubi se primum speculi proiecit imago,
 Dum uenit ad nostras acies, procudit, agitq;
 Aera, qui inter se cunq; est, oculosq; locatus,
 Et facit, ut prius hunc omnem sentire queamus,
 Quam speculû, sed ubi speculû quoq; sensimus ipsum,
 Continuo à nobis in eum quæ fertur imago,
 Peruenit, et nostros oculos reiecta reuisit,
 Atq; alium præ se propellens aera uoluit,
 Et facit ut prius hunc, q̄ se uideamus, eoq;
 Distare à speculo tantum semota uidetur.
 Quare etiam atq; etiam minime mirari potest
 Illis, quæ reddunt speculorum ex æquore uisum
 Aeribus linis, quoniam res consistit utroq;
 Nunc ea quæ nobis membrorum dextera pars est,

In speculis fit ut in leua uideatur, eo q̄
 Planitiem ad speculi ueniens cum offendit imago,
 Non conuertitur in cōlumis, sed recta retrorsum.
 Sic eliditur, ut si quis prius, arida ē sit,
 Cretæ personam allidat pilæ ue, trabi ue.
 Atq; ea cōtinuo rectam si fronte figuram
 Seruet, et elisam retro sese exprimat ipsa,
 Fiet, ut ante oculus fuerit qui dexter, hic idem
 Nunc sit leuus, & è leuo sit mucra dexter.
 Splendida porro oculi fugiunt, uitantq; tueri.
 Sol etiam cæcat, contra se trudere pergas,
 Propterea, quia uis magna est ipsius, & alte
 Aera per purum grauius simulacra feruntur,
 Et feriunt oculos turbantia composuitas.
 Præterea splendor, quicumq; est aer, aduris
 Sæpe oculos, ideo q̄ semina possidet ignis,
 Multa dolorem oculis quæ gignunt insinuando.
 Lurida præterea sunt, quæcumq; tumentur
 Atquati, quia litoris de corpore eorum
 Semina multa fluunt simulacris obuia rerum.
 Multaq; sunt oculis in eorum deniq; mista,
 Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.
 E' tenebris autem quæ sunt in luce tumentur,
 Propterea, quia cum propior caliginis aer
 Aer init oculos prior, et possedit apertos,
 Insequitur candens confesum lucidus aer,
 Qui quasi purgat eos, ac nigras discutit umbras
 Aeris illius, nam multis partibus hic est
 Mobilior, multisq; minutior, & magis pollens.
 Qui simulatq; uias oculorum luce repleuit.

Atq; patrefecit, quas ante obsederat ater,
 Continuo rerum simulacra adapertha sequuntur,
 Quæ sita sunt in luce, læta suntq; ut uideamus,
 Quod contra facere in tenebris à luce nequimus,
 Propterea, quia posterior caliginis aer
 Crassior insequitur, qui cuncta foramina complet,
 Obsiditq; uias oculorum, ne simulacra
 Possint ullarum rerum coniecta moueri.
 Fit quoq; de speculo in speculum ut tradatur imago,
 Quin; etiam, sex'ue ut fieri simulacra suerint,
 Nam quæcunq; retro parte interiore latibunt,
 Inde tamen quanuis torte, penitusq; remota
 Omnia per flexos aditus e ducta licebit
 Pluribus hæc speculis uideantur in ædibus esse.
 Usque adeo è speculo in speculum translucet imago,
 Et cum leua data est, fit rursum, ut dextera fiat,
 Inde;q; retrorsum redit, et conuertit eodem.
 Quin etiam, quæcunq; latiuscula sunt speculorum
 Assimili lateris flexura prædita nostri,
 Deteria hoc propter nobis simulacra remittunt,
 Aut quia de speculo in speculum transfertur imago,
 Inde ad nos elisa bis aduolat, aut etiam q̄
 Circumagitur, cum uenit imago, propterea q̄
 Flexa figura docet speculi conuertier ad nos.
 Quadratisq; procul turres cum cernimus urbis,
 Propterea fit, uti uideantur sepe rotunda,
 Angulus obtusus quia longe cernitur omnis,
 Siue etiam potius non cernitur, ac perit eius
 Plagæ, nec ad nostras acies illabitur ictus,
 Aera per multum quia dum simulacra feruntur,

Cogit hebescere cum crebris offensibus aer,
 Hinc ubi suffugit sensum simul angulus omnis,
 Fit quasi ut ad tornum saxorum structa tuantur,
 Non tamen ut coram qua sunt, uereq; rotunda,
 Sed quasi adumbratum paulum simulata uidentur
 Indugredi pariter porro simulacra, pedemq;
 Ponere nobiscum credas, gestumq; imitari,
 Propterea, quia de speculi qua parte recedas,
 Continuo nequeant illinc simulacra reuerti,
 Omnia quandoquidem cogit natura referri,
 Ac resiliere ab rebus ad a quos reddita flexus.
 Umbra uidentur item nobis in sole moueri,
 Et uestigia nostra sequi, gestumq; imitari.
 Aera si credis priuatum lumine posse
 Indugredi motus hominum, gestumq; sequentem.
 Nam nihil esse potest aliud, nisi lumine cassus
 Aer, id quod nos umbram perhibere solemus.
 Nimirum, quia terra locis ex ordine certis
 Lumine priuatur solis quacunq; meantes
 Officiamus, repletur item, quod liquimus eius.
 Propterea fit, uti uideatur quae fuit umbra
 Corporis, e regione eadem nos usq; secuta.
 Semper enim noua se radiatorum lumina fundunt,
 Primaq; dispereunt, quasi margine lana trahatur.
 Propterea, facile spoliatur lumine terra,
 Et repletur item, nigra q; sibi abluat umbras,
 Nec tamen hic oculos falli concedimus hilum.
 Nam quocunq; loco sit lux, atq; umbra, tueri
 Illorum est, eadem uero sint lumina nec ne,
 Umbraq; quae fuit hic, eadem num transeat illuc,

An potius fiat, paulo quod diximus ante.
 Hoc animi demum ratio discernere debet,
 Nec possunt oculi naturam noscere rerum,
 Proinde animi uitium hoc oculis affingere noli.
 Quae uehimur nauis, fertur, cum stare uidetur.
 Quae manet in statione, ea praeter creditur ire,
 Et fugere ad puppim colles, campiq; uidentur,
 Quos agimus praeter nauim, uelisq; uolamus,
 Sidera affare, aetheriis affixa cauernis
 Cuncta uidentur, et assiduo sunt omnia motu,
 Quandoquidem longos obitus exorta reuisunt,
 Cum permensa suo sunt caelum lumine claro.
 Solq; pari ratione manere, et luna uidetur
 In statione ea, quae ferri res indicat ipsa.
 Extantibusq; procul medio de gyrgie montis,
 Classibus inter quos liber patet exitus, iidem
 Apparent & longe diuulsi, licet ingens
 Insula coniunctis tamen ex his una uidetur.
 Atria uersari, & circumcursare columna
 Usque adeo fit, uti pueris uideantur, ubi ipsi
 Desierunt uerti, uix ut iam credere possint,
 Non supra sese tuere omnia tecta minari.
 Iamq; tubrum tremulis iubar ignibus erigere alte
 Cum coepit natura, supraq; extollere montis,
 Quos ibi tum supra sol montis esse uidetur,
 Cominus ipse suo contingens feruidus igni,
 Vix absunt nobis missus bis mille sagitta,
 Vix etiam iactus quingentos saepe ueruti
 Inter eos, solemq; iacent, cum immania ponti
 Aequora substrata aetheriis ingentibus oris,
 Interiecta q;

Interiectaq; sint terrarum millia multa,
 Quæ uariæ retinent gentes, & sæcla fetarum.
 At coniectus aquæ digitum non altior unum,
 Qui lapides intersistit per strata uiarum,
 Despectum præbet sub terras impete tanto
 A terris, quantum cæli patet altus hiatus,
 Nubila despicere & cælum, ut uideate uidere
 Corpora mirando sub terris addita cælo.
 Deniq; ubi medio nobis equus acer adhæsit
 Flumine, & in rapidas amnis despeximus undas,
 Stantis equi corpus transuersum ferre uidetur
 Vis, & in aduersum flumen contrudere raptum.
 Et quocunq; oculos traiecimus, omnia ferri,
 Et fluere assimili nobis ratione uidentur.
 Porticus aequali quanuis est deniq; ductu,
 Stansq; in perpetuum paribus suffulta columnis,
 Longa tamen parte ab summa cum tota uidetur,
 Paulatim trahit angustæ fastigia coni
 Tecta solo iungens, atq; omnia dextera leuis,
 Donec in obscurum coni conduxit acumen
 In pelago nauis ex undis ortus in undis
 Sol fit, uti uideatur obire, et condere lumen.
 Quippe ubi nil oculis, nisi aquam, cælumq; uidentur,
 Ne leuiter credas labefactari undiq; sensus.
 At maris ignaris in portu clauda uidentur
 Nauigia aplustri fractis obnitier undis.
 Nam quæcunq; supra rorem salis edita pars est
 Remorum, tecta est, & tecta superne uidentur,
 Quæ demersa liquore obeunt, refracta uidentur
 Omnia conuerti, sursumq; supina reuerti.

Et reflexa prope in summo fluitare liquore,
 Raraq; per caelum cum uenti nubila portant,
 Tempore nocturno tum splendida signa uidentur
 Labier aduersum nimbos, atq; ire superne
 Longe aliam in partem, q̄ quo ratione feruntur
 At si forte oculo manus uni subdita subter
 Pressit eum, quodam sensu fit, uti uideantur
 Omnia, quae uidentur, fieri tum bina tuendo,
 Bina lucernarum flagrantia lumina flammis,
 Binaq; per totas aedeis geminare supellex,
 Et duplicis hominum facies, & corpora bina
 Deniq; cum suauiter deinxit membra sopore
 Somnus, et in summa corpus iacet omne quiete,
 Tum uigilare tamen nobis, & membra mouere
 Nostra uidentur; et in noctis caligine caeca
 Cernere consuemus solem, lumenq; diurnum,
 Concluſoq; loco, caelum, mare, flumina, montes
 Mutare, & campos pedibus transire uidemur,
 Et sonitus audire (seuera silentia noctis
 Undiq; cum consistit) & reddere dicta tacentes
 Cetera de genere hoc mirando multa uidemus,
 Quae uiolare fidem quasi sensibus omnia quae sunt
 Nequicq; quoniam pars horum maxima fallit
 Propter opinatus animi, quos addimus ipse,
 Prouisus ut sint, quae non sunt sensibus uisa.
 Nam nihil egregius, q̄ res discernere apertas
 A dubiis, animus quas ab se protinus addit.
 Deniq; nil sciri si quis putat, id quoq; nescit,
 An sciri possit, quo se nil scire fatetur.
 Hunc igitur contra mittam contendere causam,

Qui capite ipse suo insituit uestigia retro,
 Et tamen hoc quoq; uti concedam scire, at id ipsum
 Quæram, cum in rebus ueri nil uiderit ante,
 Vnde sciat, quid sit scire, & nescire uicissim.
 Notitiam ueri quæ res, falsi q; creabit,
 Et dubium certo quæ res differre probabit,
 Inuenies primis ab sensibus esse creatum
 Notitiam ueri, neq; sensus posse refelli.
 Nam maiore fide debet reperiri illud,
 Sponte sua ueris quod possit uincere falsa.
 Quid maiore fide porro, q̄ sensus haberi
 Debet? an ab sensu falso ratio orta ualebit
 Dicere eos contra, quæ tota ab sensibus orta est?
 Qui nisi sint ueri, ratio quoq; falsa sit omnis.
 An poterunt oculos aures reprædere? an aures
 Tactus? an hunc porro tactum sapor, arguet oris?
 Et confutabunt nares, oculi uel reuincunt?
 Non (ut opinor) ita est. nam seorsum cuiq; potestas
 Diuisa est. sua uis cuiq;. ideoq; necesse est,
 Id, quod molle sit, egelidum, feruens uel uideri
 Et seorsum uarios rerum sentire colores
 Et quæcunq; coloribus sint cuncta necesse est
 Seorsus item sapor oris habet uim, seorsus odores,
 Nascentur seorsum sonitus, ideoq; necesse est
 Non possint alios alii conuincere sensus
 Nec porro poterunt ipsi reprædere sese,
 Aequa fides quoniam debet semper haberi,
 Prôinde quod in quoq; esse his uisum tēpore, uerū est.
 Et si non poterit ratio dissoluere causam,
 Cur ea quæ fuerint iuxta quadrata, procul sint

Visa rotunda tamen, præstat rationis egentem.
 Reddere mendosæ causas utriusq; figuræ,
 Quam manibus manifesta suis emittere quenq;
 Et uiolare fidem primam, et conuellere tota
 Fundamenta, quibus nixatur uita, salusq;
 Non modo enim ratio ruat omnis, uita quoq; ipsa
 Concidat exemplo, nisi credere sensibus ausis.
 Præcipientesq; locos uitare, & cætera quæ sint
 In genere hoc fugienda, sequi contraria quæ sint.
 Illa tibi est, igitur uerborum copia cassæ
 Omnis, quæ contra sensus instructa parata est.
 Deniq; ut in fabrica; si praua est regula prima,
 Normaq; si fallax, rectis regionibus exit.
 Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum,
 Omnia mendose fieri, atq; obstipa neassum est,
 Præua, cubantia, prona, supina, atq; absõna recta;
 Iam tuere ut quædam uideantur uelle, ruantq;
 Proditæ iudiciis fallacibus omnia primis.
 Sic igitur ratio tibi rerum praua necesse est,
 Falsaq; sit, falsis quæcumq; ab sensibus ortæ est.
 Nunc alii sensus quo pacto quisq; suam rem
 Sentiât, haud quæ ratio scruposa relicta est.
 Principio auditur sonus, et uox omnis in aureis
 Insinuata, suo pepulere ubi corpore sensum.
 Corpoream quoq; enim uocem constare fatendum est,
 Et sonitum. quoniam possunt impellere sensus.
 Præter enim radit uox faucibus sape, factiq;
 Asperiora foras gradiens artéria clamor,
 Quippe per angustum turba maiore coorta,
 Ire foras ubi ceperunt primordia uocum.

Salicet expletis quoq; ianua redditur oris
 Rauca uis, & iter lacerat, qua uox it in auras.
 Haud igitur dubium est, quin uoces uerbaq; consistant
 Corporeis è principis, ut lacerare possint.
 Nec te fallat item, quid corporis auferat, et quid
 Detrahat ex hominum neruis, ac uiribus ipsis
 Perpetuus sermo nigrae noctis ad umbram,
 Aurora perditus ab exoriente nitore,
 Praesertim si cum summo est clamore profusus.
 Ergo corpoream uocem consistare necesse est,
 Multa loquens quoniam amittit de corpore partem.
 Nec simili penetrant aureis primordia forma,
 Cum uerba depresso grauius sub murmure mugit,
 Et reuocat raudum retro cita barbara bombum,
 Et gelida cygni nece torti ex antro heliconis,
 Cum liquidam tollunt lugubri uoce querelam.
 Haec igitur penitus uocis cum corpore nostro
 Exprimimus, rectoq; foras emitimus ore,
 Mobilis articulat neruorum daedala lingua,
 Formaturaq; labrorum pro parte figurat.
 Asperitas autem uocis fit ab asperitate
 Principiorum, et item leuis leuore creatur.
 Ac ubi non longum spatium est, unde illa profecta
 Perueniat uox quaeq; necesse est uerba quoq; ipsa
 Plane exaudiri, discerniq; articulatum,
 Seruat enim formaturam, seruatq; figuram.
 At si interpositum spatium sit longius a quo,
 Aera per multam confundi uerba necesse est,
 Et conturbari uocem, dum transuolat auras.
 Ergo fit, sonitum ut possis sentire, neq; illa

Internoscere uerborum sententia quæ sit,
 Usque adeo confusa uenit uox, inq̄s pedita.
 Præterea, edictum sæpe unum perciet aureis
 Omnibus in populo, missum præconis ab ore.
 In multas igitur uoces uox una repente
 Diffugit, in priuas quoniam se diuidit aureis,
 Obsignans formam uerbis, clarumq̄; sonorem.
 At, quæ pars uocum non aureis incidit ipsas,
 Præterlata perit, frustra diffusa per auras.
 Pars solidis allisa locis reiecta sonorem
 Reddit, & interdum frustratur imagine uerbi.
 Quæ bene cum uideas, rationem reddere possis.
 Tu te tibi, atq̄; aliis, quo pacto per loca sola
 Saxa pareis formas uerborum ex ordine reddant,
 Palantes comites cum montis inter opacos
 Querimus, & magna dispersos uoce ciemus.
 Sex etiam, aut septem loca uidi reddere uoces,
 Vnam cum iaceres, ita colles collibus ipsis
 Verba repulsantes iterabant dicta referre.
 Hæc loca cupripedes satyros, nymphasq̄; tenere
 Finitimi fingunt, & faunos esse loquuntur,
 Quorum noctiuago strepitu, ludoq̄; iocanti
 Affirmant uulgo taciturna silentia rumpi,
 Chordarumq̄; sonos fieri, dulcisq̄; querelas,
 Tibia quas fundit digitis pulsata canentem.
 Et genus agricolum late sentiscere, cum Pars
 Pineæ semiferi capitis uelamina quassans,
 Vno sæpe labro calamos percurrit hiantes,
 Fistula siluestrem nec cesset fundere musam.
 Cætera de genere hoc monstra, ac portenta loquuntur.

Ne loca deserta ab diuis quoq; forte putentur
 Sola tenere, ideo iactant miracula dictis,
 Aut aliqua ratione alia ducuntur, ut omne
 Humanum genus est auidum nimis auricularum.
 Quod superest, non est mirandum, quia ratione
 Per loca quæ nequeunt oculi res cernere apertas,
 Hæc loca per uoces ueniant, aureisq; lacessant,
 Cum loquimur clausis foribus, quod sæpe uidemus.
 Nimirum, quia uox per flexa foramina rerum
 Incolumis transire potest, simulacra renutant.
 Percinduntur enim, nisi recta foramina tranant,
 Qualia sunt uitri species quæ transuolat omnis.
 Præterea partem in cunctas diuiditur uox.
 Ex aliis aliæ quoniam gignuntur, ubi iam
 Dissiluit semel in multas exorta, quasi ignis
 Sæpe solet scintilla suos se spargere in igneis.
 Ergo replentur loca uocibus, abdita retro
 Omnia quæ circum fuerint, sonituq; cientur.
 At simulacra uis directis omnia tendunt,
 Ut sunt missa semel. quapropter cernere nemo
 Se supra potis est, at uoces excipere extra.
 Et tamen, ipsa quoq; hæc dum transit claustra uiarum
 Vox, obtunditur, atq; aureis confusa penetrat,
 Et sonitum potius, quæ uerba audire uidemur.
 Nec, quis sentimus succum, lingua atq; palatum
 Plusculum habent in se rationis, plus operâ.
 Principio succum sentimus in ore, cibum cum
 Mandendo exprimimus, ceu plenam spongiam aquæ
 Siquis forte manu premere, ac siccare recepit.
 Inde quod exprimimus, per caulas omne palati

Didit̄, et rara per flexa foramina lingua,
 Hæc ubi leuia sunt, manantis corpora succi
 Suauiter attingunt, et suauiter omnia tractant
 Humida linguae circum sudantia templa
 At contra pungunt sensum, lacerantq; coorta,
 Quanto quæq; magis sunt asperitate repleta.
 Deinde uoluptas est è succo fine palati.
 Cum uero deorsum per fâuces peccipitauit,
 Nulla uoluptas est, dum didit̄ omnis in artus.
 Nec refert, quicq̄ quo uictu corpus alatur,
 Dummodo quod cupias cunctum didere possis
 Artibus, & stomachi humectum seruare tenorem.
 Nunc, aliis aliis cur sit cibus ut uideamus,
 Expediam, quare' ue aliis quod triste, et amarum est,
 Hoc tamen esse aliis possit prædulce uideri.
 Tantaq; in his rebus distantia, differentiaq; est,
 Ut qui aliis cibus est, aliis fiat acre uenenum.
 Est utiq; ut serpens hominis quæ tacta saluius
 Disperit, ac sese mandendo conficit ipsa.
 Præterea, nobis uerâtrum est acre uenenum,
 At capris adipēs, & cornicibus auget;
 Id quibus ut fiat rebus cognoscere possis,
 Principio meminisse deceat, quæ diximus ante,
 Semina multimodis in rebus mista teneri.
 Porro omnes, quæcunq; cibum capiunt animantes,
 Ut sunt dissimiles extrinsecus, & generatim
 Extrema membrorum circum cæsura coerat,
 Prôinde ex seminibus constant, uariantq; figura.
 Semina cum porro distent, differre necesse est
 In uerua, uiasq; foramina quæ perhibemus

Omnibus in membris, et in ore, ipsoq; palato.
 Esse minora igitur quædam, maioraq; debent,
 Esse triquetra aliis, aliis quadrata necesse est,
 Multa rotunda, modis multis multangula quædam,
 Nanq; figurarum ut ratio, motusq; reposcunt,
 Prõinde foraminibus debent differre figura,
 Et uariare uias, prõinde ac textura cõterat.
 Hoc ubi, quod suaue est aliis, aliis fit amarum,
 Illi, cui suaue est, leuissima corpora debent
 Contrectabiliter caulas intrare palati.
 At contra, quibus est eadem res in tus acerbæ,
 Aspera nimirum penetrant, hamataq; fauces.
 Nunc facile ex his est rebus cognoscere quæq;
 Quippe, ubi cui febris bili superante cõorta est,
 Aut alia ratione aliqua est uis excita morbi,
 Perturbatur ibi totum iam corpus, et omnes
 Commutantur ibi positura principiorum
 Fit, prius ad sensum ut quæ corpora conueniebant,
 Nunc non conueniant, et cætera sint magis apta,
 Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum,
 Vtrãq; enim sunt in mellis commista sapore,
 Id quod iam supra tibi sæpe ostendimus ante.
 Nunc age, quo pacto nareis obiectus odoris
 Tangit, agum, primum res multas esse necesse est,
 Vnde fluens uoluat uariius se fluctus odorum.
 Nam fluere, et mitti uulgo, spargiq; putandum est.
 Verum aliis aliis magis est animantibus aptus
 Dissimileis propter formas, ideoq; per auras
 Mellis apes quamuis longe ducuntur odore.
 Vulturiiq; cadaueribus. non fissã ferarum

Ungula quo tulerit gressum, promissa cinum uis
 Ducit, & humanum longe praesentit odorem.
 Romulidarum arcis seruator candidus anser.
 Sic aliis alius nidor datus, ad sua quenq;
 Pabula ducit, & à tetro resiliere ueneno
 Cogit, eoq; modo seruantur sacra ferarum.
 Hic odor ipse igitur narais quicunq; laessit,
 Est alio ut possit permitti longius alter.
 Sed tamen haud quisq; tam longe fertur eorum,
 Quam sonitus, q̄ uox, mitto iam dicere, q̄ res,
 Quae feriunt oculorum acies, uisumq; laessunt.
 Errabundus enim tarde uenit, ac perit ante
 Paulatim facilis distractus in aeris auras,
 Ex alto primum, quia uix emittitur ex re.
 Nam penitus fluere, ac procedere rebus odores
 Significat, q̄ fracta magis, redolere uidentur
 Omnia, q̄ contrita, q̄ igni conalesceta.
 Deinde uidere licet maioribus esse creatum
 Principiis, q̄ uox, quoniam per saxea septe
 Non penetrat, qua uox uulgo, sonitusq; feruntur.
 Quare etiam quod olet, non tam facile esse uidebis
 Inuestigare in qua sit regione locum.
 Refrigescit enim cunctando plaga per auras,
 Nec calida ad sensum decurrunt nuntia rerum.
 Errant saepe canes itaq; et uestigia quaerunt.
 Nec tamen hoc solis in odoribus, atq; saporum
 In genere est. sed item species rerum, atq; colores
 Non ita conueniunt ad sensus omnibus omnes,
 Ut non sint aliis quaedam magis acris uisu.
 Quin etiam gallum nocte explaudontibus alis

Auroram clara consuetum uoce uocare.
 Hunc nequeunt rapidi contra constare leones,
 Inq; ueri, ita continuo meminere fugi,
 Nimirum, quia sunt gallorum in corpore quædam
 Semina, quæ cum sunt oculis immissa leonum,
 Pupillas interfodiunt, acremq; dolorem
 Præbent, ut nequeant contra durare feræ.
 Cum tamen hæc nostras acies nil lædere possint,
 Aut quia non penetrant, aut q̄ penetrantibus illis,
 Exiis ex oculis liber datur in remorando,
 Lædere ne possint ex ulla lumina parte.
 Nunc age, quæ moueant animum res accipe, et unde,
 Quæ ueniunt, ueniant in mentem percipe paucis.
 Principio hoc dico, rerum simulacra uagari
 Multa modis multis in cunctas undiq; partes,
 Tenuia quæ facile inter se iunguntur in auris,
 Obuia cum ueniunt, ut aranea, bracteaq; auri.
 Quippe etenim multo magis hæc sunt tenuia textu,
 Quam quæ percipiunt oculos, uisumq; læssunt.
 Corporis hæc quoniam penetrant per rara, cientq;
 Tenuem animi naturam intus, sensumq; læssunt.
 Centauros itaq; , & scyllarum membra uidemus,
 Cerbereasq; canum fauces, simulacraq; eorum,
 Quorum morte obita tellus amplectitur ossa.
 Omne genus quoniam passim simulacra feruntur.
 Partim sponte sua quæ fiunt ære in ipso.
 Partim quæ uariis ab rebus cunq; recedunt,
 Et quæ consciunt ex harum facta figuris.
 Nam certe ex uiuo centauri non fit imago,
 Nulla fuit quoniam talis natura animæ.

Verum ubi equi, atq; hominis casu conuenit imago,
 Hærescit facile extemplo, quod diximus ante,
 Propter subtilem naturam, & tenuia texta.
 Cætera de genere hoc eadem ratione creantur,
 Quæ cum mobiliter summa leuitate feruntur,
 Ut prius ostendi, facile uno commouet ictu
 Qualibet una animum nobis subtilis imago.
 Tenuis enim mens est, et mire mobilis ipsa.
 Hæc fieri (ut memoro) facile hinc cognoscere possis,
 Quatenus hoc simile est illi, quod mente uidemus,
 Atq; oculis, simili fieri ratione necesse est.
 Nunc igitur docui quoniam me forte leones
 Cernere per simulacra, oculos quacunq; lacessunt,
 Scire licet mentem simili ratione moueri
 Per simulacra leonum, et cætera quæ uidet æque,
 Nec minus atq; oculi, nisi q̄ magis tenuia cernit,
 Nec ratione alia, cum somnus membra profudit,
 Mens animi uigilat, nisi q̄ simulacra lacessunt
 Hæc eadem nostros animos, quæ, cum uigilamus,
 Vsq̄ eadeo certe, ut uideamur cernere eum, quem
 Reddita uitæ iam mors, et terra potita est.
 Hoc ideo fieri cogit natura, q̄ omnes
 Corporis effecti sensus per membra quiescunt,
 Nec possunt falsum ueris conuincere rebus.
 Prætereâ mens ipsa iacet, languetq; sopore.
 Nec dissentit eum mortis, lethesq; potitum
 Iam pridem, quem mens uiuum se cernere credit.
 Quod superest, non est mirum simulacra moueri,
 Brachiaq; in numerum iactare, et cætera membra.
 Nam sit, ut in somnis ficere hoc uideatur imago.

Quippe ubi prima perit, alioq̄ est altera nata,
 Inde statim prior hic gestum mutasse uidetur,
 Saliat id fieri ceteri ratione putandum est,
 Tanta est mobilitas, & rerum copia tanta,
 Tantaq̄ sensibili quouis est tempore in uno
 Copia particularum, ut possit suppeditare.
 Multaq̄ in his rebus quaerendum, multaq̄ nobis
 Clarandum, plane si res exponere auemus.
 Queritur in primis, quare quod cuiq̄ libido
 Venerit, exemplo mens cogitet eius id ipsum.
 An'ne uoluntatem nostram simulacra tuerentur?
 Et simulac uolumus, nobis occurrit imago?
 Si mare, si terra est, si cordi deniq; calum,
 Conuenus hominum, pompam, conuiuia, pugnas,
 Omnia sub uerbo ne creat natura, parat' ues?
 Cum praesertim aliis eadem in regione, locaq̄,
 Longe dissimileis animus res cogitet omnis.
 Quid porro, in numerum procedere cum simulacra
 Cernimus in somnis, et mollia membra mouere?
 Mollia mobilitate cum alternis brachia mittunt,
 Et reperiunt oculis, gestu, pede conuenientis
 Saliat arte ualent simulacra, et docta uagantur,
 Nocturno facere ut possint in tempore ludos?
 An magis illud erit uerum, quia tempore in illo
 Consentimus id, ut cum uox emittitur una,
 Tempore multa latent, ratio quae comperit esse.
 Properea fit, uti quouis in tempore quacq̄
 Praesto sint simulacra locis in quosq; parata,
 Tanta est mobilitas, et rerum copia tanta.
 Hoc ubi prima perit, alioq̄ est altera nata,

Ex animalibus his, quæ sunt exercitata motu, ob ardua
 Multaq; per sudorem ex alto pressa feruntur,
 Multa per os exhalantur, cum languida anhelant.
 His igitur rebus rarefcit corpus, et omnis
 Subtrahitur natura, dolor quam consequitur rem.
 Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus,
 Et recreeat uires interdantis, atq; parentem
 Per membra ac uenas, ut amorem obduret edendi.
 Humor item discedit in omnia, quæ loca cunq;
 Poscunt humorem, glomeratq; multa uaporis
 Corpora, quæ stomacho præbent incendia nostro,
 Dissipat adueniens liquor, ac restinguit, ut ignem,
 Vt ne possit calor amplius aridus artus.
 Sic igitur tibi anhelet sitis de corpore nostro
 Abluitur, sic expletur ieiuna cupido.
 Nunc qui fiat, uti passus proferre queamus,
 Cum uolumus, uarieq; dabitur sic membra mouere,
 Et quæ res tantum hoc oneris protrudere nostri
 Corporis insuerit, dicam, tu percipe dicta.
 Dico animo nostro primum simulacra meandi
 Accidere, atq; animum pulsare, ut diximus ante,
 Inde uoluntas fit, neq; enim facere incipit ullam
 Rem quisq; q̄ mens prouidit, quid uelit, ante.
 Id, quod prouidet, illius rei constat imago
 Ergo animus cum sese ita commouet, ut uelit ire,
 Inq; gredi, ferit extemplo quæ in corpore toto
 Per membra, atq; artus animi dissita uis est, remi huius
 Et facile est factu, quoniam coniuncta tenentur.
 Inde ea pro porro corpus ferit, atq; ita tota
 Paulatim moles protrudunt, atq; mouentur.

Præterea tum rarefcit quoq; corpus, & aer
 Salicet ut debet, qui femper mobilis extat,
 Per patefacta uenit, penetratq; foramina largus,
 Et difpergitur ad partes ita quasq; minutas
 Corporis. hinc igitur rebus fit utrinq; duabus
 Corpus ut, ac nauis uelis, uentoq; feratur.
 Nec tamen illud in his rebus mirabile conftat,
 Tantula q; tantum corpus corpuscula poffunt
 Contorquere, & onus totum conuertere noftrum.
 Quippe etenim uentus subtili corpore tenuis
 Trudit agens magnam magno molimine nauim.
 Et manus una regit quantouis impete euntem,
 Atq; gubernaculum contorquet quolibet una,
 Multaq; per trochias, et tympana pondere magno
 Commouet, atq; leui fuf tollit machina ni fu.
 Nunc quibus ille modis fomnus per membra quietem
 Irriget, atq; animi curas è pectore foluat,
 Suauidicis potius, q̄ multis uerfibus edam,
 Paruus ut eft cycni melior amor ille, gruum q̄
 Clamor in ætheriis difperfus nubibus aultri.
 Tu mihi da tenues aureis, animumq; fagacem,
 Ne fieri negites, quæ dicam, poffe, retroq;
 Vera repulfanti difcedant pectore dicta,
 Tu te met in culpa cum fis, ne ærnerè poffis.
 Principio fomnus fit, ubi eft diftracta per artus
 Vis animæ, partimq; foras eiecta recessit,
 Et partim contrufa magis concessit in altum,
 Diffoluuntur enim tum demum membra, fluuntq;
 Nam dubium non eft, animai quin opera fit
 Sensus hic in nobis, quem cum fopoy impedit effe,

Visa rotunda tamen, praestat rationis egentem.
 Reddere mendosae causas utriusq; figura,
 Quam manibus manifesta suis emittere quenq;
 Et uiolare fidem primam, et conuellere tota
 Fundamenta, quibus nixatur uita, salusq;
 Non modo enim ratio ruat omnis, uita quoq; ipsa
 Concidat ex templo, nisi credere sensibus ausis,
 Praecipitesq; locos uitare, & caetera quae sint
 In genere hoc fugienda, sequi contraria quae sint.
 Illa tibi est, igitur uerborum copia cassata
 Omnis, quae contra sensus instructa parata est.
 Deniq; ut in fabrica, si praua est regula prima,
 Norma; si fallax, rectis regionibus exit.
 Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum,
 Omnia mendose fieri, atq; obstipa neccum est,
 Praua, cubantia, prona, supina, atq; absona recta,
 Iam ruere ut quaedam uideantur uelle, ruantq;
 Proditu iudicis fallacibus omnia primis
 Sic igitur ratio tibi rerum praua necesse est,
 Falsa; sit, falsis quaecumq; ab sensibus orta est.
 Nunc alii sensus quo pacto quisq; suam rem
 Sentiat, haud quae ratio scruposa relicta est.
 Principio audimur sonus, et uox omnis in aureis
 Insinuata, suo populere ubi corpore sensum.
 Corpoream quoq; enim uocem constare fatendum est,
 Et sonitum, quoniam possunt impellere sensus.
 Praeter enim radit uox faucibus saepe, facitq;
 Asperiora foras gradiens arteria clamor,
 Quippe per angustum turba maiore uorta,
 Ire foras ubi coeperunt primordia uocum.

Salicet expletis quoq; ianua redditur oris
 Raucæ uis, & iter lædit, quæ uox it in auras.
 Haud igitur dubium est, quin uoces, uerbâq; constant
 Corporeis è principiis, ut lædere possint.
 Nec te fallat item, quid corporis auferat, et quid
 Detrahat ex hominum neruis, ac uiribus ipsis
 Perpetuus sermo nigra noctis ad umbram,
 Aurora perductus ab exoriente nitore,
 Prasertim si cum summo est clamore profusus.
 Ergo corpoream uocem constare necesse est,
 Multa loquens quoniam amittit de corpore partem.
 Nec simili penetrant aueis primordia forma,
 Cum tuba depresso grauius sub murmure mugit,
 Et reuocat raucum retro cita barbara bombum,
 Et gelida cycni necæ torti ex antro heliconis,
 Cum liquidam tollunt lugubri uoce querelam.
 Hæcæ igitur penitus uoces cum corpore nostro
 Exprimimus, rectoq; foras emitimus ore,
 Mobilis articulat neruorum dædala lingua,
 Formaturâq; labrorum pro parte figurat.
 Asperitas autem uocis fit ab asperitate
 Principiorum, et item leuis leuore creatur.
 Ac ubi non longum spatium est, unde illa profecta
 Perueniat uox quæq; necesse est uerba quoq; ipsa
 Plane exaudiri, discerniq; articulatim,
 Seruat enim formaturam, seruatq; figuram.
 At si interpositum spatium sit longius æquo,
 Aera per multam confundi uerba necesse est,
 Et conturbari uocem, dum transuolat auras.
 Ergo fit, sonitum ut possis sentire, neq; illa

Internoscere uerborum sententia quæ sit,
 Usque adeo confusa uenit uox, inq̃ pedita.
 Præterea, edictum sæpe unum perciet aureis
 Omnibus in populo, missum præconis ab ore.
 In multas igitur uoces uox una repente
 Diffugit, in priuas quoniam se diuidit aureis,
 Obsignans formam uerbis, clarumq̃ sonorem.
 At, quæ pars uocum non aureis incidit ipsas,
 Præterlata perit, frustra diffusa per auras.
 Pars solidis allisa locis reiecta sonorem
 Reddit, & interdum frustratur imagine uerbi.
 Quæ bene cum uideas, rationem reddere possis
 Tu te tibi, atq̃ aliis, quo pacto per loca sola
 Saxa pareis formas uerborum ex ordine reddant,
 Palantes comites cum montis inter opacos
 Querimus, & magna dispersos uoce ciemus.
 Sex etiam, aut septem loca uidi reddere uoces,
 Vnam cum iaceres, ita colles collibus ipses
 Verba repulsantes iterabant dicta referre.
 Hæc loca capripedes satyros, nymphasq̃ tenere
 Finitimi fingunt, & faunos esse loquuntur,
 Quorum noctiuago strepitu, ludoq̃ iocanti
 Affirmant uulgo taciturna silentia rumpi,
 Chordarumq̃ sonos fieri, dulcisq̃ querelas,
 Tibia quas fundit digitis pulsata canentium.
 Et genus agricolûm late sentiscere, cum Pars
 Pineæ semiferi capitis uelamina quassans,
 Vincto sæpe labro calamos percurrit hiantis,
 Fistula siluestrem nec cesset fundere musam.
 Cætera de genere hoc monstra, ac portenta loquuntur.

Ne loca deserta ab diuis quoq; forte putentur
 Sola tenere, ideo iactant miracula dictis,
 Aut aliqua ratione alia ducuntur, ut omne
 Humanum genus est avidum nimis auricularum.
 Quod superest, non est mirandum, quia ratione
 Per loca quæ nequeunt oculi res cernere apertas,
 Hæc loca per uoces ueniant, aureisq; laxant,
 Cum loquimur clausis foribus, quod sæpe uidemus.
 Nimirum, quia uox per flexa foramina rerum
 Incolumis transire potest, simulacra renutant.
 Perscinduntur enim, nisi recta foramina tranant,
 Qualia sunt uitri species quæ transuolat omnis.
 Præterea partis in cunctas diuiditur uox.
 Ex aliis aliæ quoniam gignuntur, ubi iam
 Dissiluit semel in multas exorta, quasi ignis
 Sæpe solet scintilla suos se spargere in igneis.
 Ergo replentur loca uocibus, abdita retro
 Omnia quæ circum fuerint, sonituq; cientur.
 At simulacra uis directis omnia tendunt,
 Ut sunt missa semel. quæ propter cernere nemo
 Se supra potis est, at uocis excipere extra.
 Et tamen, ipsa quoq; hæc dum transit claustra uiarum
 Vox, obtunditur, atq; aureis ansusa penetrat,
 Et sonitam potius, q̄ uerba audire uidemur.
 Nec, quis sentimus succum, lingua atq; palatum
 Plusculum habent in se rationis, plus operai.
 Principio succum sentimus in ore, abum cum
 Mandendo exprimimus, ceu plenam spongiam aquai
 Siquis forte manu præmere, ac siccare recepit:
 Inde quod exprimimus, per caulas omne palati

Diditur, et rora per flexa foramina lingua,
 Hæc ubi leuia sunt, manantis corpora succi
 Suauiter attingunt, et suauiter omnia tractant
 Humida linguæ circum sudantia templa.
 At contra pungunt sensum, lacerantq; cortex,
 Quanto quæq; magis sunt asperitate repleta.
 Deinde uoluptas est è succo sine palati.
 Cum uero deorsum per fauces percipitauit,
 Nulla uoluptas est, dum diditur omnis in artus.
 Nec refert, quicq; quo uictu corpus alatur,
 Dummodo quod capias concoctum didere possis
 Artibus, et stomachi humectum seruare tenorem.
 Nunc, aliis alius cur sit abus ut uideamus,
 Expediam, quare uel aliis quod triste, et amarum est,
 Hoc tamen esse aliis possit prædulce uideri.
 Tantaq; in his rebus distantia, differitasq; est,
 Ut qui aliis abus est, aliis fiat acere uenenum.
 Est utiq; ut serpens hominis quæ tacta saluiis
 Disperit, ac sese mandendo conficit ipsa.
 Præterea, nobis ueratrum est acere uenenum,
 At capris adipis, et cornicibus auget,
 Id quibus ut fiat rebus cognoscere possis.
 Principio meminisse decet, quæ diximus ante,
 Semina multimodis in rebus mista teneri.
 Porro omnes, quæcumq; cibum capiunt animantes,
 Ut sunt dissimiles extrinsecus, et generatim
 Extrema membrorum circum casura coeret,
 Præinde ex seminibus constant, uariantq; figura.
 Semina cum porro distent, differre necesse est
 Inætualla, uiasq; foramina quæ perhibemus

Omnibus in membris, et in ore, ipsoq; palato.
 Esse minora igitur quædam, maioraq; debent,
 Esse triquetra aliis, aliis quadrata necesse est,
 Multa rotunda, modis multis multangula quædam,
 Namq; figurarum ut ratio, motusq; reposcunt,
 Pröinde foraminibus debent differre figura,
 Et uariare uias, pröinde ac textura cæteræ.
 Hoc ubi, quod suauè est aliis, aliis sit amarum,
 Illi, cui suauè est, leuissima corpora debent
 Contrectabiliter caulas intrare palati.
 At contra, quibus est eadem res in tus acerbæ,
 Aspera nimirum penetrant, hamataq; fauces.
 Nunc facile ex his est rebus cognoscere quæq;
 Quippe, ubi cui febris bili superante cõorta est,
 Aut alia ratione aliqua est uis excita morbi,
 Perturbantur ibi totum iam corpus, et omnes
 Commutantur ibi positura principiorum
 Fit, prius ad sensum ut quæ corpora conueniebant,
 Nunc non conueniant, et cætera sint magis apta,
 Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum,
 Vtræq; eaim sunt in mellis commista sapore,
 Id quod iam supra tibi sæpe ostendimus ante.
 Nunc age, quo pacto natureis obiectus odoris
 Tangit, agam. primum res multas esse necesse est,
 Vnde fluens uoluat uariis se fluctus odorum.
 Nam fluere, et mitti uulgo, spargiq; putandum est.
 Verum aliis aliis magis est animantibus aptus
 Dissimileis propter formas, ideoq; per auras
 Mellis apes quamuis longe ducuntur odore.
 Vulturiiq; et laueribus. non fissa ferarum

Ungula quo tulerit gressum, promissa cinum uis
 Ducit, & humanum longe praesentit odorem
 Romulidarum arcis seruator candidus anser.
 Sic aliis alius nidor datus, ad sua quenq;
 Pabula ducit, & à tetro resiliere ueneno
 Cogit, eoq; modo seruantur sacra ferarum.
 Hic odor ipse igitur nareis quicunq; lacessit,
 Est alio ut possit permitti longus alter.
 Sed tamen haud quisq; tam longe fertur eorum,
 Quam sonitus, q; uox, mitto iam dicere, q; res,
 Quae feriunt oculorum acies, uisumq; lacessunt.
 Errabundus enim tarde uenit, ac perit ante
 Paulatim facilis distractus in aeris auras,
 Ex alto primum, quia uix emittitur ex re.
 Nam penitus fluere, ac procedere rebus odores
 Significat, & fracta magis redolere uidentur
 Omnia, & contrita, & igni conalescunt.
 Deinde uidere licet maioribus esse creatum
 Principiis, q; uox, quoniam per saxea septe
 Non penetrat, quae uox uulgo, sonitusq; feruntur.
 Quare etiam quod olet, non tam facile esse uidebis
 Inuestigare in qua sit regione locatum.
 Refrigescit enim cunctando plaga per auras,
 Nec calida ad sensum decurrunt nuntia rerum.
 Errant saepe canes itaq; et uestigia quaerunt.
 Nec tamen hoc solis in odoribus, atq; saporum
 In genere est. sed item species rerum, atq; colores
 Non ita conueniunt ad sensus omnibus omnes,
 Ut non sint aliis quaedam magis acris uisu.
 Quin etiam gallum nocte explaudentibus alis

Aurotam clara consuetum uocæ uocare.
 Hunc nequeunt rapidi contra constare leones,
 Inq; meri, ita continuo meminere fugi,
 Nimirum, quia sunt gellorum in corpore quædam
 Semina, quæ cum sunt oculis immissa leonum,
 Pupillas interfodiunt, acremq; dolorem
 Præbent, ut nequeant contra durare ferocis.
 Cum tamen hæc nostras acies nil lædere possint,
 Aut quia non penetrant, aut q; penetrantibus illis,
 Exitus ex oculis liber datur in remorando,
 Lædere ne possint ex ulla lumina parte.
 Nunc age, quæ moueant animum res accipe, et unde,
 Quæ ueniunt, ueniant in mentem, percipe paucis.
 Principio hoc diæ, rerum simulacra uagari
 Multa modis multis in cunctas undiq; partes,
 Tenuia quæ facile inter se iunguntur in auris,
 Obuia cum ueniunt, ut aranea, bracteaq; auri.
 Quippe etenim multo magis hæc sunt tenuia textu,
 Quam quæ percipiunt oculos, uisumq; læssunt.
 Corporis hæc quoniam penetrant per rara, cidentq;
 Tenuem animi naturam intus, sensumq; læssunt,
 Centauros itaq; , et scyllarum membra uidemus,
 Cerbereasq; canum fauces, simulacraq; eorum,
 Quorum morte obita tellus ample fitur ossa.
 Omne genus quoniam passim simulacra feruntur,
 Partim sponte sua quæ fiunt ære in ipso,
 Partim quæ uariis ab rebus cunq; recedunt,
 Et quæ conficiunt ex harum facta figuris.
 Nam certe ex uiuo centauri non fit imago,
 Nulla fuit quoniam talis natura animai.

Verum ubi equi, atq; hominis casu conuenit imago,
 Hærescit facile extemplo, quod diximus ante,
 Propter subtilem naturam, & tenuia texta.
 Cætera de genere hoc eadem ratione creatur,
 Quæ cum mobiliter summa leuitate feruntur,
 Ut prius ostendi, facile uno commouet ictu
 Qualibet una animum nobis subtilis imago.
 Tenuis enim mens est, et mire mobilis ipsa.
 Hæc fieri (ut memoro) facile hinc cognoscere possis,
 Quatenus hoc simile est illi, quod mente uidemus,
 Atq; oculis, simili fieri ratione necesse est.
 Nunc igitur docui quoniam me forte leones
 Cernere per simulacra, oculos quacunq; lacessunt,
 Scire licet mentem simili ratione moueri
 Per simulacra leonum, et cætera quæ uidet æque,
 Nec minus atq; oculi, nisi q̄ magis tenuia cernit,
 Nec ratione alia, cum somnus membra profudit,
 Mens animi uigilat, nisi q̄ simulacra lacessunt
 Hæc eadem nostros animos, quæ, cum uigilamus,
 Usque adeo certe, ut uideamur cernere eum, quem
 Reddita uitæ iam mors, et terra potita est.
 Hoc ideo fieri cogit natura, q̄ omnes
 Corporis effecti sensus per membra quiescunt,
 Nec possunt falsum ueris conuincere rebus.
 Præterea mens ipsa iacet, languetq; sopore.
 Nec dissentit eum mortis, lethesq; potitum
 Iam pridem, quem mens uiuum se cernere credit.
 Quod superest, non est mirum simulacra moueri,
 Brachiaq; in numerum iactare, et cætera membra.
 Nam fit, ut in somnis fixæ hoc uideatur imago.

Quippe ubi prima perit, aliq̄s est altera nata,
 Inde statim prior hic gestum mutasse uidetur,
 Sicut id fieri celeri ratione putandum est,
 Tanta est mobilitas, & rerum copia tanta,
 Tantaq̄s sensibili quouis est tempore in uno
 Copia particularum, ut possit suppeditare.
 Multaq̄s in his rebus quaerendum, multaq̄s nobis
 Clarandum, plane si res exponere auemus.
 Queritur in primis, quare quod cuiq̄; libido
 Venerit, ex templo mens cogit eius id ipsum.
 An ne uoluntatem nostram simulacra mentitur?
 Et simulac uolumus, nobis occurrit imago?
 Si mare, si terra est, si cordi deniq̄; caelum,
 Conueniens hominum, pompam, conuiuia, pugnas,
 Omnia sub uerbo ne creat natura, parat ue?
 Cum praesertim aliis eadem in regione, lociq̄;
 Longe dissimileis animus res cogit omnis.
 Quid porro, in numerum procedere cum simulacra
 Cernimus in somnis, et mollia membra mouere?
 Mollia mobilitate cum alternis brachia mittunt,
 Et repetunt oculis, gestu, pede, conuenientis
 Sicut arte ualent simulacra, et docta uagantur,
 Nocturno facere ut possint in tempore ludos?
 An magis illud erit uerum, quia tempore in illo
 Consentimus id, ut cum uox emittitur una,
 Tempore multa latent, ratio quae amperit esse.
 Propterea fit, uti quouis in tempore quaeq̄;
 Praesto sint simulacra locis in quosq̄; parata,
 Tanta est mobilitas, et rerum copia tanta.
 Hoc ubi prima perit, aliq̄s est altera nata.

Inde statim prior hic gestum mutasse uidetur;
 Et quia tenuia sunt, nisi quæ contendit acutè,
 Cernere non potis est animus, proinde omnia quæ sunt
 Præterea, pereunt, nisi quæ ex sese ipse parauit,
 Ipse parat sese porro, speratq; futurum,
 Ut uideat, quod consequitur, rem quanq; sit ergo.
 Non ne uides oculos etiam, cum tenuia quæ sunt,
 Cernere cœperunt, contendere se, atq; parare,
 Nec sine eo fieri posse, ut cernamus acutè,
 Et tamen in rebus quoq; apertis noscere possis,
 Si non aduertas animorum, proinde esse, quasi omnia
 Tempore semetum fuerit, longeq; remotum.
 Cur igitur mirum est, animus si cætera perdit
 Præterea, q̄ quis est rebus deditus ipse?
 Deinde adopinamur de signis maxima paruis,
 Ac nos in fraudem induimus frustra nimis ipsi.
 Fit quoq; ut interdum non suppedietur imago
 Eiusdem generis, sed facmina quæ fuit ante,
 In manibus uir uti factus uideatur adesse,
 Aut alia ex alia facies, atq; sequatur,
 Quod ne miremur sopor, atq; obliuia curant,
 Illud in his rebus uitium uehementer inesto
 Effugere errore illorum, qui hæc præmeditantur,
 Lumina ne facias oculorum clara creata,
 Prospicere ut possimus, & ut proferre uide
 Proceros passus, ideo fastigia posse
 Suturarum, ac feminium pedibus fundata plicari,
 Brachia tum porro ualidis exapta lacertis
 Esse, manusq; datas utraq; à parte ministras,
 Ut facere ad uitam possimus, quæ foret usus.

Cetera de genere hoc inter quaecunq; pretantur,
 Omnia peruersa prae posterata sunt ratione.
 Nil ideo quoniam natum est in corpore, ut uti
 Possimus, sed quod natum est, id procreat usum.
 Nec fuit ante uidere, oculi q̄ lumina nata,
 Nec dictis orare prius, q̄ lingua creata est,
 Sed potius longe linguae praecessit origo
 Sermonem, uultuq; creata sunt prius aures,
 Quam sonus est auditus, et omnia deniq; membra
 Ante fuere (ut opinor) eorum q̄ foret usus.
 Haud igitur potuere utendi crescere causa.
 At contra conferre manum certamine pugnae,
 Et lacerare artus, foedareq; membra cruore,
 Ante fuit multo, q̄ lucida tela uolarent.
 Et uulnus uitare prius natura coegit,
 Quam daret obiectum parmae leua per artem.
 Scilicet et fessum corpus mandare quieti,
 Multo antiquius est, q̄ lecti mollia strata.
 Et sedare sitim prius est, q̄ pocula, natum.
 Haec igitur possunt utendi cognita causa
 Credier, ex usu quae sunt, uitaq; reperta.
 Illa quidem seorsum sunt omnia, quae prius ipsa
 Nata dedere suae post notitiam utilitatis.
 Quo genere in primis sensus et membra uidemus.
 Quare etiam atq; etiam procul est, ut credere possis
 Utilitatis ob officium potuisse creari.
 Illud item non est mirandum, corporis ipsa
 Quod natura cibum quaerit cuiusq; animantis.
 Quippe etenim fluere, atq; recedere corpora rebus
 Multa modis multis docui, sed plurimaq; debent

Ex animalibus his, quæ sunt exercita motu, ob multa
 Multaq; per sudorem ex alto pressa feruntur,
 Multa per os exhalantur, cum languida anhelant.
 His igitur rebus tarescit corpus, et omnis
 Subruitur natura, dolor quam consequitur rem.
 Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus,
 Et recreet uires interdatus, atq; patientem
 Per membra ac uenas, ut amorem obduret edendi.
 Humor item discedit in omnia, quæ loca cunq;
 Poscunt humorem, glomerataq; multa uaporis
 Corpora, quæ stomacho præbent incendia nostro,
 Dissipat adueniens liquor, ac restinguit, ut ignem,
 Vt ne possit calor amplius aridus artus.
 Sic igitur tibi anhelata sitis de corpore nostro
 Abluitur, sic expletur ieiuna cupido.
 Nunc qui fiat, uti passus proferre queamus,
 Cum uolumus, uarieq; danim sit membra mouere,
 Et quæ res tantum hoc oneris protrudere nostri
 Corporis insuerit, dicam, tu percipe dicta.
 Dic animo nostro primum simulacra meandi
 Accidere, atq; animum pulsare, ut diximus ante
 Inde uoluntas fit, neq; enim facere incipit ullam
 Rem quisq; q̄ mens prouidit, quid uelit, ante.
 Id, quod prouidet illius rei constat imago
 Ergo animus cum sese ita commouet, ut uelit ire,
 Inq; gredi, ferit exemplo quæ in corpore toto
 Per membra atq; artus animai diffusa uis est,
 Et facile est factu, quoniam coniuncta tenentur.
 Inde ea proproro corpus ferit, atq; ita totum
 Paulatim moles protrudimur, atq; mouetur.

Præterea tum rarefcit quoq; corpus, & aer
 Salicet ut debet, qui femper mobilis extat,
 Per patefacta uenit, penetratq; foramina largus,
 Et difpergitur ad partes ita quasq; minutas
 Corporis. hinc igitur rebus fit utrinq; duabus
 Corpus ut, ac nauis uelis, uentoq; feratur.
 Nec tamen illud in his rebus mirabile conftat,
 Tancula q̄ tantum corpus corpuscula poffunt
 Contorquere, & onus totum conuertere noftum.
 Quippe etenim uentus subtili corpore tenuis
 Trudit agens magnam magno molimine nauim.
 Et manus una regit quantouis impete euntem,
 Atq; gubernaculum contorquet quolibet una,
 Multaq; per trochias, et tympana pondere magno
 Commouet, atq; leui fuf tollit machina ni fu.
 Nunc quibus ille modis fomnus per membra quietem
 Irriget, atq; animi curas è pectore foluat,
 Suauidicis potius, q̄ multis uerfibus edam,
 Paruus ut eft cycni melior canor ille, gruum q̄
 Clamor in ætheriis difperfus nubibus austru.
 Tu mihi da tennes aureis, animumq; fagacem,
 Ne fieri negites, quæ dicam, poffe, retroq;
 Vera repulfanti difcordant pectore dicta,
 Tu te met in culpa cum fis, ne cernere poffis.
 Principio fomnus fit, ubi eft diftracta per artus
 Vis animæ, partimq; foras eiecta recessit,
 Et partim contrufa magis concessit in altum,
 Diffoluuntur enim tum demum membra, fluuntq;.
 Nam dubium non eft, animai quin opera fit
 Sensus hic in nobis, quem cum fopor impedit effe,

Tum nobis animam perturbatam esse putandum est,
 Eiectamq; foras non omnem, namq; iaceret.
 Aeterno corpus persusum frigore leni.
 Quippe ubi nulla latens animai pars remaneret,
 In membris cinere ut multa latet obrutus ignis,
 Vnde reconstari sensus per membra repente
 Possit, ut ex igni tecto consurgere flamma.
 Sed quibus hæc rebus nouitas constat, & unde
 Perturbari anima, et corpus languescere possit,
 Expediam, tu sic ne uentis uerba profundam.
 Principio externa corpus de parte necessum est,
 Aeriis quoniam uicinum tangitur aeris,
 Tundier, atq; eius crebro pulsariet ictu.
 Proptereaq; ferè res omnes, aut corio sunt,
 Aut cute conclusæ, aut callo, aut artice tectæ.
 Interiorem etiam partem spirantibus aer
 Verberat, hic idem cum ducitur, atq; reflatur.
 Quare utrinq; secus cum corpus uapulet, et cum
 Perueniant plagæ per parua foramina nobis
 Corporis ad primas partes, elementaq; prima,
 Fit quasi paulatim nobis per membra ruina.
 Conturbantur enim positura principiorum
 Corporis, atq; animi sic, ut pars inde animai
 Eliciat, et introsum pars abdita cedat,
 Pars etiam distracta per artus non queat esse
 Coniuncta inter se, nec motu mutuaungi,
 Inter enim sepius sepius natura, uiasq;
 Ergo sensus abit mutatis motibus alte.
 Et quoniam non est, quasi quod suffulciat artus,
 Debile fit corpus, languescunt omnia membra.

Brachia, palpebraeque cadunt, poplitesque cubant
 Saepe etiam summituntur; viresque resoluuntur
 Deinde cibum sequitur somnus; nam quae facit aer;
 Hac eadem cibus, in venas dum diditur omnis,
 Efficit, et multo sopor ille grauiissimus extat,
 Quem saepe, aut lassus capias, quia plurima tum se
 Corpora conturbant magno confusa labore.
 Fit ratione eadem coniectus porro animai
 Altior, atque foras eiectus laetior eius,
 Et diuisior inter se, ac distractior intus.
 Et quo quisque ferè studio defunctus adheret,
 Aut quibus in rebus multum sumus ante morati,
 Atque in qua raticne fuit contenta magis mens,
 In somnis eadem plerumque videmur obire.
 Castidici causas agere, et imponere leges.
 Induperatores pugnare, ac praelia obire
 Nautae contractum cum uentis de gere bellum.
 Nos agere hoc autem, et naturam quaerere rerum
 Semper, et inuentam patrias exponere chartis.
 Caetera sic studia, atque artes plerumque uidentur
 In somnis animos hominum frustrata tenere.
 Et quicumque dies multos ex ordine ludis
 Assiduas dederint operas, plerumque uidemus,
 Cum iam destiterint, ea sensibus usurpare.
 Deliquis tamen esse uias in mente patentes
 Qua possint eadem rerum simulacra uenire
 Per multos itaque illa dies eadem obseruantur,
 Ante oculos etiam uigilantes ut uideantur
 Cernere saltantes, et mollia membra mouentis,
 Et citharae liquidum carmen, chorasque loquentis

Auribus accipere, & confessum cernere eundem,
 Scanaïq; simul uarios splendere decores.
 Usque adeo magni refert studium, atq; uoluntas,
 Et quibus in rebus consuerint esse operati,
 Non homines solum, sed uero animalia cuncta.
 Quippe uidebis equos fortis, cum membra iacebunt,
 In somnis sudare tamen, spirareq; sæpe,
 Et quasi de palmis summas contendere uireis,
 Tunc quasi carceribus patefactis sæpe quiete.
 Venantumq; canes in molli sæpe quiete
 Iactant crura tamen subito, uocesq; repente
 Mittunt, & crebras educunt naribus auras,
 Ut uestigia si teneant inuenta ferarum,
 Expergefactiq; sequuntur inania sæpe,
 Ceterorum simulacra fugæ quasi dedita cernant,
 Donec discussis redeant terroribus ad se.
 At consueta domi catulorum blanda propago
 Discutere, & corpus de terra arripere instant.
 Prõinde quasi ignotas facies, atq; ora tuantur.
 Et quo quæq; magis sunt aspera seminiõrum,
 Tam magis in somnis eadem scuire necessum est.
 At uariæ fugiunt uolucres, pennisq; repente
 Sollicitant diuûm nocturno tempore lucos,
 Accipitres somno in leui si prælia, pugnasq;
 Edere sunt perfectantes, uisæq; uolantes.
 Porro hominum mentes magnis quæ motibus edunt?
 Magna etenim sæpe in somnis faciuntq; geruntq;
 Reges expugnant, capiuntur, prælia miscant,
 Tollunt clamores, quasi si iugulentur ibidem,
 Multi depugnant, gemitusq; doloribus edunt,

Et quasi panthera morsu, saui'ue leonis
 Mandantur, magnis clamoribus omnia complent.
 Multi de magnis per somnum rebus loquuntur,
 Indicioq; sui facti persape suere,
 Multi mortem obeunt, multi de montibus altis
 Ut quasi precipitent ad terram corpore toto,
 Exterrentur, et ex somno quasi mentibus capti,
 Vix ad se redeunt permoti corporis aestu.
 Flumen item sitiens, aut fontem propter amorem
 Assidet, et totum propè faucibus occupat amnem.
 Multi saepe lacum propter se, ac dolia curta
 Somno deuincti credunt attollere uestem,
 Totius humorem siccatum ut corporis fundant,
 Cum babylonica magnifico splendore rigentur.
 Tum quibus ætatis frit primitus insinuatur,
 Semen ubi ipsa dies membris matura creauit,
 Quæ ciet irritans loca turgrida semine multo.
 Conueniunt simulacra foris è corpore quoq;
 Nuncia præclari uultus, pulchriq; coloris,
 Nanq; alias aliud res commouet, atq; lacessit,
 Ex homine humanum semen ciet una hominis uis,
 Et quasi transcriptis saepe omnibus rebus profundat
 Fluminis ingentis fluctus, uestemq; cruentet.
 Sollicitatur enim id nobis, quod diximus ante,
 Semen, adulta ætas cum primum roborat artus,
 Quod simul atq; suis eiectum sedibus exit,
 Per membra, atq; artus decedit corpore toto
 In loca conueniens neruorum certa, cietq;
 Continuo partem genitales corporis ipsas.
 Irritata timent loca semine, sitq; uoluptas

Elicere id, quo se contendit dira libido.
 Incitat irritans loca turgida semine multo,
 Idq; petit corpus mens, unde est saucia amore.
 Namq; omnes plerunq; cadunt in uulnus, et illam
 Emicat in partem sanguis, unde icinur ictu,
 Et si comminus est hostem tuber occupat humor.
 Sic igitur ueneris qui telis accipit ictum,
 Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur,
 Seu mulier toto iactans è corpore amorem,
 Unde feritur, eò tendit, gestitq; æire,
 Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.
 Namq; uoluptatem præ agit muta cupido,
 Hæc uenus est nobis, hinc autem est nomen amoris,
 Hinc illa hæc primum ueneris dulcè dinis in cor
 Stillauit gutta, et successit feruida cura.
 Nã si et abest, quod ames, præstio simulacra tamen sunt.
 Illius, et nomen dulce obuersatur ad aureis.
 Sed fugitare decet simulacra, et pabula amoris
 Absterrere sibi, atq; aliò conuertere mentem,
 Et iacere humorem collectum in corpora quæq;
 Nec retinere semel conceptum unius amore,
 Et seruare sibi curam, certanq; dolorem.
 Vlcus enim uiuescit, et inueterascit alendo,
 Inq; dies gliscit furor, atq; erumna grauescit,
 Si non prima nouis conturbes uulnera plagis,
 Vulgus q; uagus uenere ante recentia cures,
 Aut aliò possis animi traducere motus.
 Nec ueneris fructu caret is, qui uitat amorem,
 Sed potius, quæ sunt sine pœna, commoda sumit.
 Nam certa, et pura est sanis magis inde uoluptas.

Quam miseris ; etenim potiundi tempore in ipso
 Fluctuat incertis erroribus ardor amantum .
 Nec constat quid primum oculis , manibusq; fruuntur ,
 Quod petiere , premunt arcte , faciuntq; dolorem .
 Corporis , et dentes illidunt saepe labellis ,
 Osculaq; affigunt , quia non est pura uoluptas ;
 Et stimuli subsunt , qui instigant laedere id ipsum ;
 Quodcumq; est , rabies unde illa hac germinat urgens .
 Sed leuiter penas frangit uenus inter amorem ,
 Blandaq; refrenat morsus admissa uoluptas .
 Namq; in eo spes est , unde est ardoris origo ,
 Resingui quoq; posse ab eodem corpore flammam ,
 Quod fieri contra eam natura repugnat .
 Vnaq; res haec est , cuius quo plura habemus ,
 Tam magis ardesat dira cupidine pectus .
 Nam abus , atq; humor membris assumitur intus ;
 Quae quoniam certus possunt obsidere partem ,
 Hoc facile expleat laticum , frugumq; cupido .
 Ex hominis uero facie , pulchroq; colore ,
 Nil datur in corpus , praeter simulacra fruendum
 Tenuia , quae uento spes raptat saepe misella .
 Ut bibere in somnis sitiens cum quaerit , et humor
 Non datur , ardorem qui membris tingere possit ,
 Sed laticum simulacra petit , frustra q; laborat ;
 In medioq; sicut torrenti flumine potans ,
 Sic in amore uenus simulacris ludit amantes ,
 Nec satiare queunt spectando corpora aram ,
 Nec manibus quicq; teneris abraedere membris .
 Possunt errantes incerti corpore toto .
 Deniq; collatis membris cum fiore fruuntur

Aetatis, iam dum praesagit gaudia corpus,
 Atq; in eo est uenus, ut muliebria conserat arua,
 Affigunt auide corpus, iunguntq; saliuas
 Oris, & inspirant pressantes dentibus ora,
 Nequicq; quoniam nihil inde abraderi possunt,
 Nec penetrare, & abire in corpus corpore toto,
 Nam facere interdum uelle, & certare uidentur,
 Vsq; adeo cupide ueneris compagibus haerent,
 Membra uoluptatis dum ui labefacta liquescunt.
 Tandem ubi se erupit neruis coniecta cupido,
 Parua fit ardoris uiolenti pausa parumper,
 Inde redit rabies eadem, & furor ille reuifit,
 Cum sibi quod cupiant, ipsi contingere quaerunt.
 Nec reperire malum id possunt quae machina uincat.
 Vsq; adeo incerti tabescunt uulnere caeco.
 Adde q; absumunt uires, pereuntq; labore.
 Adde q; alterius sub nutu degitur aetas.
 Labitur interea res, et uadimoniam fiunt,
 Languent officia, atq; agrotat fama uacillans,
 Unguenta, et pulchra in pedibus sicyonia rident.
 Scilicet & grandes uiridi cum luce smaragdi
 Auro includuntur, teriturq; thalassina uestis
 Assidue, et ueneris sudorem exercita potat,
 Et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae,
 Interdum in pallam et qualos, et iachia uertunt
 Eximia ueste, et uictu. conuiuia, ludi,
 Pocula crebra, unguenta, coronae,serta parantur,
 Nequicq; quoniam medio de fonte leporum
 Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat,
 Aut cum conscius ipse animus se forte remordet

Desidiose agere aetatem, lustrisq; perire,
 Aut q; in ambiguo uerbum iaculata reliquit,
 Quod cupido affixum cordi uiuescat ut ignis.
 Aut nimium iactare oculos, alium' ue tueri
 Quod putat, in uultuq; uidet uestigia risus.
 Atq; in amore mala hæc proprio, summeq; secundo
 Inueniuntur, in aduerso uero, atq; inopi sunt,
 Prædere quæ possis oculorum lumine operto,
 Innumerabilia, ut melius uigilare sit ante,
 Quæ docui ratione, auerteq; ne illiciaris.
 Nam uitare, plagas in amoris ne iaciamur,
 Non ita difficile est, q̄ captum retibus ipsis
 Exire, & ualidos ueneris percurrere nodos.
 Et tamen implicitus quoq; possis, inq; peditus
 Effugere infestum, nisi tu te tibi obuius obstes,
 Et præemittas animi uitia omnia prauis,
 Et quæ corporis sunt eius, quam præpetis, ac uis.
 Nam faciunt homines plerunq; cupidine cæci,
 Et tribuunt ea, quæ non sunt sibi commoda uere.
 Multimodis igitur prauas, turpeisq; uidemus
 Esse in delitiis, summoq; in honore uigere.
 Atq; alios alii irrident, ueneremq; suadent,
 Ut placeant, quoniam fædo afflicentur amore,
 Nec sua respiciunt miseri mala maxima. sæpe
 Nigra, μελάυχρους. immunda, et fæcida, ἄκοσμος,
 Cæsia, πάλλαδιον neuosa, et lignea, δορκῆς.
 Paruula, pumilio, charitonia tota, merum sal,
 Magna, atq; imanis, κατ' ἄωληξις, plenaq; honoris.
 Balba loqui non quit, τραυλίξει. muta, pudens est.
 At flagrans, odiosa, loquacula, λαμπρόδιον fit.
 Iχνός, ἐρωμάριον tum fit, cum uiuere non quit.

Πρα μακίε, ρχοί νη. Βη πώ est, iam mortua iussi.
 At λάβρα, immanis, acrisq; est icta ab Iacho,
 Simula, σιλίνη. at satyra est, labrosa φιλοίνη.
 Cetera de genere hoc, longum est, si dicere cōnet.
 Sed tamen esto iam quantouis eris honore,
 Cui ueneris membris uis omnibus exoriatu,
 Nempe alia quoq; sunt, nempe hac sine uiximus ante.
 Nempe eadem facit, et scimus facere omnia. uirpis
 Et miseram tetris se suffit odoribus ipsa,
 Quam famulae longe fugiant, surtinisq; cachinnant.
 At lachrymans exclusus amator limina saepe
 Floribus, et seruis operit, pestisq; superbos
 Vnguit amaracino, et foribus miser oscula frigit.
 Quem si iam immissum ueniens offenderit aura
 Vna modo, causas abeundi quaerat honestas,
 Et meditata diu cadet alte sumpta querela,
 Stultitiæq; ibi se damnet, tribuisse q; illi
 Plus uideat, q̄ mortali concedere par est.
 Nec ueneres nostras hoc fallit, quo magis ipsæ
 Omnia summo perere hos uitæ proscenia calant,
 Quos retinere uolunt, astrictosq; esse in amore,
 Nequicq; quoniam tu animo tamen omnia possis
 Protrahere in lucem, atq; omnes inquirere in usus.
 Et si bello animo est, et non odiosa uicissim,
 Praetermittet te humanis concedere rebus.
 Nec mulier semper ficto suspirat amore,
 Qua complexa uiri corpus cum corpore iungit,
 Et tenet assuetis hūmectans oscula labris.
 Nam facit ex animo saepe, et communia quaerens
 Gaudia, sollicitat spatium decurrere amoris.
 Nec ratione alia uolucres, armenta, feraq;

Et pecudes æq; maribus subsidere possent.
 Si non ipsa q; illorum subito ardet abundans
 Natura, & uenerem salientiam neccere tractat.
 Non ne uides, subito quos mutua sæpe uoluptas
 Vinxit, ut in uinclis communibus excrucientur?
 In triuiis quin sæpe canes discedere auentis,
 Cum interea ualidis ueneris compagibus hærent,
 Quod facerent nunq;, nisi mutua gaudia nossent.
 Quæ iacere in fraudem possent, uinctosq; tenere.
 Quare etiam atq; etiam (ut dico) est cõmunis uoluptas,
 Et commiscendo cum semen forte uirile
 Fœmineum mulsit subita ui, corripuitq;
 Diuersi cupide summis ex uiribus tendunt.
 Tum similes matrum materno semine fiunt,
 Ut patribus patrio, sed quos utriusq; figuræ
 Esse uides iuxtim miscentes uultu parentum
 Corpore de patrio, & materno sanguine crescut,
 Semina cum ueneris stimulis excita per artus
 Obuia confligit conspirans mutuus ardor,
 Et neq; utrum superauit eorum, nec superauim est.
 Fit quoq; ut interdum similes existere auorum
 Possint, et referant produorum sæpe figuras,
 Propterea, quia multimodis primordia multi
 Mista suo calant in corpore sæpe parentis,
 Quæ patribus patres tradunt à stirpe profecta.
 Inde uenus uarie producit sæpe figuras,
 Maiorumq; refert uultus, uocesq; comasq;.
 Quandoquidem nihilo magis hæc de semine arto
 Fiunt, q; faciès, et corpõra, membraq; nobis.
 Et muliebri oriunt patrio de semine sacrum.

Maternoq; mares existunt corpore creti.
 Semper enim partus duplici de semine constat,
 Atq; utri simile est magis id, quodcunq; creatur,
 Eius habet plus parte æqua, quod ærnerè possis,
 Sive uirum soboles, siue est muliebris origo.
 Nec diuina satum genitalem numina cuiquam
 Absterrent, pater à gnatis ne dulcibus unquam
 Appelletur, & ut sterili uenere exigat æuum,
 Quod pleriq; putant, et multas sanguine mæsti
 Conspargunt aras, adolentq; altaria donis,
 Ut grauidas reddant uxores semine largo,
 Nequicq; diuûm numen, sortisq; fatigant.
 Nam steriles nimium crasso sunt semine partum,
 Et liquido præter iustum, tenuiq; uicissim.
 Tenue, locis quia non potis est affigere adhæsum,
 Liquitur ex templo, et reuocatum cedit abortum.
 Crassius hoc porro, quoniam concretius æquo
 Mittitur, aut non tam prolixo prouolat ictu,
 Aut penetrare locos æque nequit, aut penetratum
 Aegre admiscetur muliebri semine semen.
 Nam multum harmoniæ ueneris differre uidentur,
 Atq; alias alii complent magis, ex aliisq;
 Suscipiunt aliæ pondus magis, inq; grauescunt.
 Et multæ steriles hymenæis ante fuerunt
 Pluribus, & nactæ possunt tamen inde puellos
 Suscipere, et partu possunt ditescere dulci.
 Et quibus ante domi focundæ sæpe nequissent
 Vxores parere, inuenta est illis quoq; compar
 Natura, ut possent gnatis munire senectam.
 Usque a deo magni refert, ut semina possint

Seminibus commisceri genitaliter apta,
 Crassaq; conueniant liquidis, & liquida crassis,
 Atq; in eo refert, quo uictu uita colatur.
 Nanq; aliis rebus concresecunt semina membris,
 Extenuantur itemq; aliis, tabentq; uicissim.
 Et quibus ipsa modis tractetur blanda uoluptas,
 Id quoq; permagni refert. nam more feratum,
 Quadrupe dumq; magis ritu plerunq; putantur
 Concipere uxores, quia sic loca sumere possunt
 Pectoribus positis, sublatis semina lumbis,
 Nec molles profunt motus uxoribus hilum.
 Nam mulier prohibet se concipere, atq; repugnat,
 Clunibus ipsa uiri uenerem si lata retractet,
 Atq; exossatum ciet omni pectore fluctus.
 Eiiat enim sulcum recta regione, uiaq;
 Vomeris, atq; locis auertit seminis ictum.
 Idq; sua causa consuerunt scorta moueri,
 Ne completerentur crebro, grauida q; iacerent,
 Et simul ipsa uiris uenus ut concinnior esset,
 Coniugibus quod nil nostris opus esse uidetur.
 Nec diuinitus interdum, uenerisq; sagittis
 Deteriore fit ut forma muliercula ametur.
 Nam facit ipsa suis interdum saxamina factis,
 Morigerisq; modis, et mundo corpore culta,
 Ut facile inuiescat secum uir de gere uitam.
 Quod superest, consuetudo concinnat amorem.
 Nam leuiter quanuis quod crebro tenditur ictu,
 Vincitur in longo spatio tamen, atq; labascit.
 Non ne uides etiam guttas in saxa cadentes
 Humoribus longo in spatio pertundere saxa?

. T. LVCRETII CARI DE RERVM
NATVRA
LIBER QVINTVS.



Vis potis est dignum palanti pec
tore carmen.

Condere, pro rerum maiestatisq;
reperitis?

Quis'ue ualet uerbis tantum?
qui fingere laudes

Pro meritis eius possit, qui talia nobis

Pectore paria suo, quae suaq; praemia liquit?

Nemo (ut opinor) erit mortali corpore cretus.

Nam si, cui ipsa petit maiestas cognita rerum,

Dicendum est, Deus ille fuit, deus inclyte Memmi,

Qui princeps uitae rationem inuenit eam, quae

Nunc appellatur sapientia, quiq; per artem

Fluctibus, e tantis uitam, tantisq; tenebris

In tam tranquillo, & tam clara luce locauit.

Confer enim diuina aliorum antiqua reperta.

Namq; ceres fertur fruges, liberq; liquoris

Vitigeni laticem mortalibus instituisse,

Cum tamen his posset sine rebus uita manere,

Vt fama est, aliquas etiam nunc uiuere gentes;

At bene non poterat sine puro pectore uiui.

Quo magis hic merito nobis deus esse uidetur.

Ex quo nunc etiam per magnas didita gentis:

Dulcia permulcent animos solatia uitae.

Herculis antistare autem si facta putabis,

Longus à uera multo ratione ferete.

Quid nemeus enim nobis nunc magnus hiatus
 Ille leonis obesset, et horrens ar. adius sus?
 Deniq; quid creta taurus, lerna aq; pestis
 Hydra uenenans possit uallata colubris?
 Quid ue triquetoris ter gemini quoq; Cerion a uis?
 Et Diomedis equi spirantes naribus ignem,
 Thracen, bistoniasq; plagas, atq; ismara propter
 Tantopere offiant nobis? unciq; timenda
 Vnguibus arcadia uolucres stymphala colentes?
 Aureaq; hesperidum seruans fulgentia mala
 Asper ac raba tuens, immani corpore serpens,
 Arboris amplexus stipem? quid deniq; obesset
 Oceani propter litus, pelagiq; sonora,
 Quo neq; nos ter adit quisq; nec barbarus audeat?
 Caetera de genere hoc quae sunt portenta perempta,
 Si non uicta forent, quid tandem uiua nocentes
 Nil, ut opinor, ita ad satietem terra ferarum
 Nunc etiam sciat, et trepido terrore repleta est
 Per nemora, ac montis magnos, siluasq; profundas,
 Quae loci uitandi plerunq; est nostra potestas:
 At nisi purgatum est pectus, quae praelia nobis,
 Atq; pericula sunt in gratis insinuandum?
 Quantae conscindunt hominem cupedinis acres
 Sollicitum curae? quanti q; perinde timores?
 Quid ue superbia, spurcicia, ac perulantia, quantas
 Efficiunt clades? quid luxus, desidiesq;?
 Haec igitur qui cuncta subegerit, ex animoq;
 Expulerit dictis, non aris, non ne decabit
 Hunc hominem numero diuum dignari esse?
 Cum bene praesertim multa, ac diuinitus ipsi

Immortalibus è diuis dare dicta suèrit,
 Atq; omnem rerum naturam pandere dictis,
 Cuius ego ingressus uestigia nunc rationes
 Persequor, ac docto dictis, quo quaq; creata
 Fœdere sint, in eo q̄ sit durare necessum,
 Nec ualidas aui ualeant rescindere leges.
 Quo genere in primis animi natura reperta est
 Natiuo primum consistere corpore creta,
 Nec posse incolumis magnum durare per æuum,
 Sed simulacra solere in somnis fallere mentem,
 Cernere cum uideamur eum, quem uita reliquit.
 Quod superest, nunc huc rationis detulit ordo,
 Ut mihi mortali consistere corpore mundum,
 Natiuumq; simul ratio reddunda sit, esse.
 Et quibus ille modis congressus materiai
 Fundarit terram, calum, mare, sidera, solem,
 Lunamq; globum, tum quæ tellure animantes
 Extiterint, et quæ nullo sint tempore nata,
 Quo'ue modo genus humanum uariante loquela
 Cœperit inter se nosci per nomina rerum.
 Et quibus ille modis diuûm metus insinuârit
 Pectora, terrarum qui in orbis sancta tueri
 Fana locis, lucos, aras, simulacraq; diuûm.
 Præterea solis cursus, lunamq; meatus
 Expediam, qua uî flectat natura gubernans.
 Ne forte hic inter calum, utramq; reamur
 Libera sponte sua cursus lustrare perennes
 Morigera ad fruges augendas, atq; animantes,
 Ne'ue aliqua diuûm uolui ratione putemus.
 Nam bene qui didicêre deos securum agere æuum,
 Si tamen

Si tamen interea mirantur, qua ratione
 Quaeq; geri possint, praesertim rebus in illis,
 Quae supra caput aetherius cernuntur in oris,
 Rursus in antiquas referuntur religiones,
 Et dominos acreis asascunt, omnia posse
 Quos miseri credunt, ignari quid queat esse,
 Quid nequeat. finita potestas deniq; cuiq;
 Quae nam sit ratione, atq; alie terminus haerens.
 Quod superest, ne te in promissis plura moremur,
 Principio, maria ac terras, calumq; tueri,
 Quorum naturam triplicem, tria corpora Memmi,
 Treis species tam dissimileis, tria talia texta,
 Vna dies dabit exitio, multosq; per annos
 Sustentata ruet moles, et machina mundi.
 Nec me animi fallit, q̄ res noua miraq; menti.
 Accidit, exitium caeli, terraeq; futurum,
 Et q̄ difficile id mihi sit peruincere dictis,
 Ut fit, ubi insolitam rem apportes auribus ante,
 Nec tamen hanc possis oculorum subdere uisu,
 Nec iacere indumanus uia, qua munita fidēi
 Proxima fere humanum in pectus, templaq; mentis.
 Sed tamen effabor dictis, dabit ipsa fidem res.
 Forsitan et grauiter terrarum motibus oris
 Omnia conquassari in paruo tempore cernes,
 Quod procul à nobis flectat natura gubernans.
 Et ratio potius, q̄ res persuadeat ipsa
 Succedere horrifono posse omnia uicta fragore.
 Qua prius aggrediar, q̄ de re fundere fata
 Sanctius, et multo certa ratione magis, q̄
 Pythia, qua tripodē à phœbi, lauroq; profatur.

Multa tibi expediam doctis solatia dictis,
 Religionē refrenatus, ne forte rearis
 Terras, & solem, & calum, mare, sidera, lunam
 Corpore diuino debere æterna manere.
 Proptereaq; putes ritū par esse giganteum.
 Pendere eos pœnas immāni pro scelere omnis,
 Quī ratione sua disturbent mœnia mundi,
 Præclarumq; uelint cali restinguere solem,
 Immortalia mortali sermōne notantes.
 Quæ procul usque adeo diuino ab numine distent,
 Inq; deū numero quæ sint indigna uideri,
 Notitiā potius præbere ut posse putentur,
 Quid sit uitali motu, sensuq; remotum.
 Quippe etenim non est cum quouis corpore, ut esse
 Possit animi natura putetur, consiliumq; .
 Sicut in æthere non arbor, non æquore salso
 Nubes esse queunt, neq; pisces uiuere in aruis,
 Nec cruor in lignis, nec saxis succus inesse .
 Certum, ac dispositum est, ubi quicq; crescat, et insit.
 Sic animi natura nequit sine corpore oriri
 Sola, neq; à neruis, & sanguine longius esse.
 Hoc si posset enim, multo prius ipsa animi uis
 In capite, aut humeris, aut imis calcibus esse
 Posset, et innasca quauis in parte soleret.
 Tandem in eodem homine, atq; in eodem uase manere.
 Quod quoniam nostro quoq; constat corpore, certum
 Dispositumq; uidetur, ubi esse & crescere possit
 Scorsum anima, atq; animus . tanto magis inficiandum,
 Totum posse extra corpus, formamq; animalem
 Putribus in glebis terrarum, aut solis in igni,

Aut in aqua durare, aut altis ætheris oris.
 Haud igitur constant diuino prædita sensu,
 Quandoquidem nequeunt uitaliter esse animata.
 Illud item non est, ut possis credere, sedes
 Esse deûm sanctas in mundi partibus ullis.
 Tenuis enim natura deûm, longeq; remota
 Sensibus à nostris, animi uix mente uidetur.
 Quæ quoniam manuum tactum suffugit & ictum,
 Tactile nil nobis quod sit, contingere debet.
 Tangere enim non quit, quod tangi non licet ipsum,
 Quare etiam sedes quoq; nostris sedibus esse
 Dissimiles debent tenues de corpore eorum,
 Quæ tibi posteriùs largo sermone probabo.
 Dicere porro hominum causa uoluisse parare
 Præclaram mundi naturam, proptereaq;
 Id laudabile opus diuûm laudare decere,
 Aeternumq; putare, atq; immortale futurum,
 Nec fas esse, deum quod sit ratione uetusta
 Gentibus humanis fundatum perpetuo æuo,
 Sollicitare suis ulla uis ex sensibus unquam,
 Nec uerbis uexare, et ab imo euertere summa,
 Cætera de genere hoc affingere, & addere Memmi,
 Desipere est. quid enim immortalibus, atq; beatis
 Gratia nostra queat largiri emolumentum,
 Ut nostra quicq; causa gerere aggrediantur?
 Quid uel noui potuit tanto post antequietos
 Illicere, ut cuperent uitam mutare priorem?
 Nam gaudere nouis rebus debere uidetur,
 Cui ueteres obsunt, sed cui nil accidit ægri
 Tempore in antea cto, cum pulchre degeret æuum,

Quid potuit nouitatis amorem accendere tali?
 Quid ue mali fuerat nobis non esse creatis?
 An credo in tenebris uita, ac mœrore iacebat,
 Donec diluxit rerum genitalis origo?
 Natus enim debet quicumq; est, uelle manere
 In uita, donec retinebit blanda uoluptas,
 Qui nunq̄ uero uita gustauit amorem,
 Nec fuit in numero, quid obest non esse creatum?
 Exemplum porro gignundis rebus, et ipsa
 Notities hominum diuis unde insita primum,
 Quid uellent facere ut scirent, animoq; uiderent?
 Quo'ue modo est inquam uis cognita principiorum?
 Quidq; inter sese permutato ordine possent,
 Si non ipsa dedit speciem natura creando?
 Nanq; ita multimodis multis primordia rerum
 Ex infinito iam tempore percata plagis,
 Ponderibusq; suis consuerunt concita ferri,
 Omnimodisq; aere, atq; omnia pertentare,
 Quacumq; inter se possint congressa creare,
 Ut non sit mirum si in talis disposituras
 Deciderunt quoq; , et in talis uenêre meatus,
 Qualibus hæc rerum geritur nunc summa nouando.
 Quod si iam rerum ignorem primordia quæ sint,
 Hoc tamen ex ipsis cæli rationibus ausim
 Confirmare, aliisq; ex rebus reddere multis,
 Nequaquam nobis diuinitus esse paratam
 Naturam rerum, tanta stat prædita culpa.
 Principio, quantum cæli tegit impetus ingens,
 Inde auidam partim montes, siluæq; ferarum
 Possedere, tenent rupes, uastæq; paludes,

Et mare, quod late terrarum distinet oras.
 Inde duas porro propè partis feruidus ardor,
 Assiduusq; geli casus mortalibus aufert.
 Quod superest atui tamen, id natura sua uis
 Sentibus obducit, ni uis humana resistat,
 Vitæ causa ualido consueta bidenti
 Ingemere, et terram pressis profandere aratris,
 Si non facundas uerentes uomere glebas,
 Terraiq; solum subigentes cinus ad ortus,
 Sponte sua nequeant liquidas existere in auras.
 Et tamen interdum magno quæsitæ labore,
 Cum iam per terras frondent, atq; omnia florent,
 Aut nimis torret feruoribus ætherius sol,
 Aut subiti perimunt imbres, gelidæq; pruina,
 Flabraq; uentorum uiolento turbine uexant.
 Præterea genus horrifera, natura ferarum,
 Humanæ genti infestum, terraq; mariq;
 Cur alit, atq; auget? cur anni tempora morbos
 Apportant? quare mors immatura uagatur?
 Tum porro puer, ut sæuis proiecтус abundis
 Nautæ, nudus humi iacet, infans, indigus omni
 Vitali auxilio, cum primum in luminis oras
 Nixibus ex aluo matris natura profudit,
 Vagituq; locum lugubri complet, ut æquum est,
 Cui tantum in uita restet transire malorum.
 At uariæ crescunt pecudes, armenta, feraq;
 Nec crepitacillis opus est, nec cuiq; adhibenda est
 Almae nutricis blanda, atq; infracta loquela,
 Nec uarias quærunt uestes pro tempore cæli.
 Deniq; non armis opus est, non moenibus alcis,

Quis sua tumentur, quando omnibus omnia large
 Tellus ipsa parit, naturaq; dædala rerum.
 Principio, quoniam terrai corpus, et humor,
 Aurarumq; leues anima, calidiq; uapores;
 E quibus hæc rerum consistere summa uidetur,
 Omnia natiuo, ac mortali corpore constant,
 Hæc eadem debet mundi natura putari.
 Quippe etenim quorum partes, et membra uidemus
 Corpore natiuo immortalibus esse figuris,
 Hæc eadem fermè mortalia cernimus esse,
 Et natiua simul. quapropter maxima mundi
 Cum uideam membra, ac partes consumpta regni,
 Scire licet, cæli quoq; idem, terræq; fuisse
 Principiale aliquod tempus, clademq; futuram.
 Illud in his rebus ne corripuisse rearis
 Memni, et terram, atq; ignem mortalia sumpsisse
 Esse, neq; humorem dubitavi, aurasq; perire,
 Atq; eadem igni, rursusq; augetere dixi.
 Principio, pars terrai nonnulla perusta
 Solibus assiduis, multa pulsata pedum uirgum,
 Pulueris exhalat nebulam, nubesq; uolantes,
 Quas ualidi toto dispergunt aere uenti.
 Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur
 Imbribus, et ripas radentia flumina rodunt,
 Præterea, pro parte sua quodcunq; alit, auget,
 Roditur, et quoniam dubio procul esse uidetur
 Omniparens, eadem rerum commune sepulchrum,
 Ergo terra tibi libatur, et aucta recrescit.
 Quod superest, humore nouo mare, flumina, fontes
 Semper abundare, et latices manare perennes.

Nil opus est uerbis, magnus decursus aquarum
 Undiq; declarat, sed primum quicquid aqua
 Tollitur, in summaq; fit, ut nil humor abundet,
 Partim q; ualidi uertentes a quora uenti
 Diminuunt, radiisq; retexens aetherius sol.
 Partim q; subter per terras diditur omnis,
 Percolatur enim uirus, retroq; remanet
 Materies humoris, et ad caput amnibus omnis
 Conuenit, inde super terras fluit agmine dulci,
 Qua uia secta semel liquido pede detulit undas.
 Aera nunc igitur dicam, qui corpore toto
 Innumerabiliter priuas mutatur in oras.
 Semper enim quodcumq; fuit de rebus, id omne
 Aeris in magnum fertur mare, qui nisi contra
 Corpora retribuat rebus, recreeq; fluentis,
 Omnia iam resoluta forent, et in aera uersa.
 Haud igitur cessat igni de rebus, et in res
 Decidere assidue, quoniam fluere omnia constat.
 Largus item liquidi fons luminis, aetherius sol
 Irrigat assidue ex lumen candore nitenti,
 Suppeditatq; nouo confestim lumine lumen,
 Nam primum quicquid fulgoris disperit eius,
 Quocumq; accidit, id licet hinc cognoscere possis,
 Quod simul ac primum nubes succedere soli
 Cœpêre, et radios inter quasi rumpere lucis,
 Exemplo inferior pars horum disperit omnis,
 Terraq; inumbratur, qua nimbi cumq; feruntur.
 Ut noscas splendore nouo res semper egere,
 Et primum idætum fulgoris quemq; petire,
 Nec ratione alia res posse in sole uideri,

Perpetuo ni suppeditet lucis caput ipsum.
 Quin etiam nocturna tibi, terrestria quæ sunt,
 Lumina, pendentes lychni, claræq; coruscis
 Fulgoribus pingues multa caligine tædæ,
 Consumili properant ratione ardo; e ministro
 Suppeditare nouum lumen, tremere ignibus instant,
 Instant, nec loca lux inter quasi rupta relinquit,
 Vsq; eadeo properanter ab omnibus ignibus eius
 Exitum celeri celeratur origine flamma.
 Sic igitur, solem, lunam, stellasq; putandum
 Ex alio, atq; alio lucem iactare subornu.
 Et primum quicquid flammatarum perdere semper,
 Inuiolabilia hæc ne credas forte uigere.
 Deniq; non lapides quoq; uina cernis ab æuo?
 Non altas turres ruere? et putrescere saxa?
 Non delubra deum, simulacraq; fessa fatisci?
 Nec sanctum numen fati protegere finis
 Posse, neq; aduersus naturæ fœdera nitis.
 Deniq; non monumenta uirum dilapsa uidemus,
 Cedere proporro, subitoq; senescere æsus?
 Non ruere auulsos silices à montibus altis,
 Nec ualidas aut uires perferre pati?
 Finiti? neq; enim caderent auulsa repente,
 Ex infinito quæ tempore pertolerassent.
 Omnia tormenta ætatis priuata fragore
 Deniq; iam tuere hoc circum, supraq; , quod omnem
 Continet amplexu terram, quod procreat ex se
 Omnia (uti quidam memorant) recipitq; perempta,
 Totum natiuum mortali corpore constat.
 Nam] quodcumq; alias ex se res auget, aliq;

Diminui debet, recreari cum recipit res.
 Præterea, si nulla fuit genitalis origo
 Terrarum, et cæli, semperq; æterna fuere,
 Cur supra bellum thebanum, et finera troia,
 Non alias alii quoq; res acinère poetæ?
 Quot tot facta uirum toties accidere? nec usquam
 Aeternis famæ monumentis insita florent?
 Verum (ut opinor) habet nouitatem summa, recensq;
 Natura est mundi, neq; pridem exordia coepit.
 Quare etiam quædam nunc artes expoliuntur,
 Nunc etiam augetur, nunc addita nauigis sunt
 Multa, modo organici melicos peperere sonores.
 Deniq; natura hæc rerum, ratioq; reperta est
 Nuper; Et hanc primus cum primis ipse reperit.
 Nunc ego sum, in patrias qui possim uertere uoces.
 Quod si forte fuisse antehac eadem omnia credas,
 Sed perisse hominum torrentis æcla uapore,
 Aut accidisse urbeis magno uexamine mundi,
 Aut ex imbribus assiduis exisse rapacis
 Per terras amneis, atq; oppida cooperuisse,
 Tanto nempe magis uictus fateare necesse est,
 Exitium quoq; terrarum, cæliq; futurum
 Nam cum res tantis morbis, tantisq; periculis
 Tentarentur, ibi si tristior incubisset,
 Causa, darent late cladem, magnasq; ruinas,
 Nec ratione alia mortales esse uidemus
 Inter nos, nisi q; morbis ægrescimus idem,
 Atq; illi, quos à uita natura remouit.
 Præterea, quæcumq; manent æterna, necesse est
 Aut, quia sunt solido cum corpore, respicere ictus,

Nec penetrare pati sibi quicquid, quod queat arctas
 Dissociare intus partem, ut materia
 Corpora sunt, quorum naturam ostendimus ante.
 Aut ideo durare aetatem posse per omnem,
 Plagarum quia sunt expertia, sicut inane est,
 Quod manet intactum, neque ab ictu frangitur hilum,
 Aut etiam, quia nulla loci sit copia circum,
 Quo quasi res possint discedere, dissoluique,
 Sicut summorum summa est aeterna, neque extra
 Quis locus est, quo dissiliant, neque corpora sunt, quae
 Possint incidere, et ualida dissolueret plaga.
 At neque (uti docui) solido cum corpore mundi
 Natura est, quoniam admistum est in rebus inane,
 Nectamen est ut inane, neque autem corpora desunt,
 Ex infinito quae possint forte coorta
 Corruere hanc rerum uiolento turbine summam,
 Aut aliam quamuis cladem importare pericli.
 Nec porro natura loci, spatiumque profundum
 Deficit, expargi quo possint maxima mundi,
 Aut alia quamuis possint ui pulsa perire.
 Haud igitur leti praecclusa est ianua caelo,
 Nec soli, terraeque, nec altis aequoris undis,
 Sed paucis immansi, et uasto respicit hiam.
 Quare etiam natura necessum est confiteare
 Haec eadem. neque enim mortali corpore quae sunt,
 Ex infinito iam tempore adhuc potuissent
 Immensum ualidas aevi contemnere uires.
 Denique, tantopere inter se cum maxima mundi
 Pugnent membra, pro nequaquam concita bello,
 Nonne uides aliquam longi certaminis ollis

Posse dari finem, uel cum sol, et uapor omnis
 Omnibus epotis humoribus exuperarint
 Quod facere intendunt, neq; adhuc conata patrantur.
 Tantum suppeditant amnes, ulroq; minantur
 Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti
 Nequicq;, quoniam uerrentes aequora uenti
 Diminuunt, radiisq; retexens aetherius sol,
 Et siccare prius confidunt omnia posse,
 Quam liquor incepti possit contingere finem,
 Tantum spirantes aequo certamine bellum
 Magnis de rebus inter se cernere certant,
 Cum semel interea fuerit superantior ignis,
 Et semel (ut fama est) humor regnarit in aruis.
 Ignis enim superauit, & ambens multa perussit.
 Auiā cum Phaethontē rapax uis solis equorum
 Aethere raptauit toto, terrasq; per omnes.
 At pater omnipotens irā non percius acti
 Magnanimum Phaethontē repenti fulminis ictu
 Destruxit equis in terram, solq; cadenti
 Obuius aeternam suscepit lampada mundi.
 Disiectosq; redegit equos, iunxitq; tremētes,
 Inde suum per iter recreauit cuncta gubernans,
 Scilicet ut ueteres grauium cecinere poetae,
 Quod procul a uera est animi ratione refulsum.
 Ignis enim superare potest, ubi materiā
 Ex infinito sunt corpora plura coorta,
 Inde cadunt uires aliqua ratione reuictae,
 Aut pereunt res exusta torrentibus auris.
 Humor item quondam coepit superare coortus,
 Ut fama est hominum multas quando obruit urbes.

Inde ubi uis aliqua ratione auersa recessit,
 Ex infinito fuerat quæcunq; cœorta,
 Constiterunt imbres, et flumina uim minuerunt .
 Sed quibus ille modis coniectus materiam
 Fundarit cælum, ac terram, pontiq; profunda,
 Solisq; & lunæ cursus, ex ordine ponam.
 Nam certe neq; consilio primordia rerum
 Ordine quæq; suo, atq; sagaciter locarunt,
 Nec quos quæq; darent motus pepigere profecto .
 Sed quia multa modis multis primordia rerum
 Ex infinito iam tempore perçita plagis,
 Ponderibusq; suis consuerunt concita ferri,
 Omnimodisq; coire, atq; omnia pertentare,
 Quæcunq; inter se possent congressa creare,
 Propterea fit, uti magnum uulgata per æuum
 Omni genos cœtus, & motus experiundo,
 Tandem conueniant ea, quæ conuenta repente
 Magnarum rerum fiant exordia sæpe,
 Terræ, maris, et cæli, generisq; animantium.
 Hic neq; tum solis rota ærni lumine largo
 Alta uolans poterat, nec magni sidera mundi,
 Nec mare, nec cælum, nec deniq; terra, neq; aer,
 Nec similis nostris rebus res ulla uideri.
 Sed noua tempestas quædam, molesq; cœorta
 Diffugere inde loci partes cœpère, pareisq;
 Cum paribus iungi res, et discludere mundum,
 Membraq; diuidere, et magnas disponere partes
 Omnis generis è principiis, discordia quorum,
 Interualla uias, annexus pondera, plagas,
 Concursus, motus, turbabat prælia miscans,

Propter dissimileis formas, uariasq; figuras,
 Quod non omnia sic poterant coniuncta manere,
 Nec motus inter sese dare conuenienter,
 Hoc est à terris alium secretare cælum,
 Et seorsum mare uti secreto humore pateret,
 Seorsus itum puti, secretiq; ætheris ignes.
 Quippe etenim primum terrai corpora quæq;
 Propterea q̄ erant grauia, & perplexa, coibant
 In medio, atq; imas capiebant omnia sedes.
 Quæ quanto magis inter se perplexa coibant,
 Tam magis expressere ea, quæ mare, sidera, solem,
 Lunamq; efficerent, et magni moenia mundi.
 Omnia enim magis hæc è leuibus, atq; rotundis
 Seminibus, multoq; minoribus sunt elementis,
 Quam tellus, ideo per rara foramina terræ
 Partibus erumpens primus se sustulit æther
 Signifer, & multos secum leuis abstulit ignes,
 Non alia longe ratione, ac sæpe uidemus
 Aurea cum primum gemmantis rore per herbas
 Matutina rubent radiati lumina solis,
 Exhalantq; lacus nebulam, fluuiq; perennes.
 Ipsa quoq; interdum tellus fumare uidetur,
 Omnia quæ sursum, cum conciliantur in alto,
 Corpore concreto subtexunt nubila cælum.
 Sic igitur cum se leuis, ac diffusilis æther
 Corpore concreto circumdatus undiq; sepsit,
 Et late diffusus in omnes undiq; partes,
 Omnia sic auido complexu cætera sepsit.
 Hunc exordia sunt solis, lunæq; secuta,
 Inter utrosq; globi quorum uertuntur in axis,

Quæ neq; terra sibi aſciuit, nec maximus æther,
 Quod neq; tam fuerunt grauia, ut depreſſa ſederent,
 Nec leuia, ut poſſent per ſummas labier oras,
 Et tamen inter utraſq; ita ſunt, ut corpora uiua
 Verſent, et partes ut mundi totius extent.
 Quod genus in nobis quædam licet in ſtatione
 Membra manere tamen, cū ſint ea, quæ moueant nos.
 His igitur rebus retractis, terra repente
 Maxima, qua nunc ſe ponti plagæ cæcula tendit,
 Succidit, et ſalſo ſuffodit gurgite foſſas.
 Inq; dies quanto circum magis ætheris æſtus,
 Et radii ſolis cogeant undiq; terram
 Verberibus crebris extremam ad limina partem,
 In medio ut propulſa ſuo condensa cœret,
 Tam magis expreſſus ſalſus de corpore ſudor
 Augebat mare manando, camposq; natantes,
 Et tanto magis illa foras elapſa uolabant
 Corpora multa uaporis, et æris, altaq; cæli
 Denſabant procul à terris fulgentia templa,
 Sidebant campi, creſcebant montibus altis
 Aſcenſus, neq; enim poterant ſubſidere ſaxa,
 Nec pariter tantundem omnes ſuccumbere partes.
 Sic igitur terræ concreto corpore pondus
 Conſtitit, atq; omnis mundi quaſi limus in imum
 Confluxit grauis, et ſubſedit funditus, ut ſax,
 Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipſe,
 Corporibus liquidis ſunt omnia pura relictæ,
 Et leuiora alius alia, et liquidiffimus æther,
 Atq; leuiſſimus æræas ſuper inſilit auras.
 Nec liquidum corpus turbantibus æris auris

Commisceri, nec uiolentis omnia uersa
 Turbinibus finit incertas turbare procellas.
 Ipse suos igneis certo fert impete labens.
 Nam modice fluere, atq; uno posse aethera nisu
 Significat ponto mare, certo quod fluit aestu,
 Vnum labendi conseruans usq; tenorem.
 Motibus astrorum nunc quæ sit causa, canamus.
 Principio magnus cæli si uertitur orbis,
 Ex utraq; polum parti premere aera nobis
 Dicendum est, extraq; tenere, et claudere utring;
 Inde alium supra fluere atq; intendere eodem,
 Quo uoluenda mirant æterni sidera mundi,
 Aut alium subter contra quis subuehat orbem,
 Ut fluuios uersare rotas, atq; haustra uidemus.
 Est etiam quoq; uti possit cælum omne manere
 In statione tonen, cum lucida signa ferantur,
 Siue quod inclusi rari di sunt ætheris aestus,
 Quæ rentesq; uiam circumuersantur, et ignes
 Passim per cæli uoluunt summania templa.
 Siue aliunde fluens alicunde extrinsecus aer
 Versat agens igneis, siue ipsi serpere possunt,
 Quo cuiusq; cibus uocat, atq; inuitat euntes,
 Flammea per cælum pascentes corpora passim.
 Nam quid in hoc mundo sit eorum ponere certum,
 Difficile est, sed quid possit, fiatq; per omne
 In uariis mundis uaria ratione creatis,
 Id doceo, plureisq; sequor disponere causas
 Motibus astrorum, quæ possint esse per omne,
 E quibus una tonen sit, et hæc quoq; causa necesse est,
 Qua uigreat motus signis. sed quæ sit earum

Præcipere, haud quæ est pedetentim progredientes.
 Terraq; ut in media mundi regione quiescat,
 Evanescente paulatim, et decrescente pondus
 Conuenit, atq; aliam naturam subter habere
 Ex ineunte æuo coniunctam, atq; uniter aptam
 Partibus æriis mundi, quibus insita uiuit.
 Propterea non est oneri, neq; deprimat auræ,
 Ut sua cuiq; homini nullo sunt pondere membra,
 Nec caput est oneri collo, nec deniq; totum
 Corporis in pedibus pondus sentimus inesse.
 At quæcunq; foris ueniunt, impostaq; nobis
 Pondera sunt, lædunt permulto saepe minora,
 Usque adeo magni refert; quid quæq; queat res.
 Sic igitur nullus non est aliena repente
 Allata, atq; auris aliunde obiecta alienis.
 Sed pariter prima concepta ab origine mundi,
 Certa q; pars eius quasi nobis membra, uidetur.
 Præterea grandi tonitruo cuncta repente
 Terra, supra quæ se sunt, concutit omnia motu,
 Quod facere haud ulla posset ratione, nisi esset
 Partibus æriis mundi, cæloq; reuincta.
 Nam communibus in eæ se radiobus hærent
 Ex ineunte æuo coniuncta, atq; uniter apta.
 Non ne uides etiam, q; magno pondere nobis
 Sustineat corpus tenuissima uis animæ?
 Propterea quia tam coniuncta, atq; uniter apta est.
 Deniq; iam saltu pernici tollere corpus
 Quis potis est, nisi uis animæ, quæ membra gubernat?
 Iam ne uides quantum tenuis natura ualere
 Possit, ubi est coniuncta graui cum corpore, ut ær
 Coniunctus

Coniunctus terris, et nobis est animi uis?
 Nec nimio solis maior tota, nec minus ardor
 Esse potest, nostris quæ sensibus esse uidentur.
 Nam quibus è spatii cunq; ignes lumina possunt
 Allicere, et calidum membris afflare uaporem,
 Nilq; nisi ex interuallis de corpore libant
 Flammatarum, nihil ad speciem est contractior ignis.
 Pròinde calor quoniam solis, lumenq; profusum
 Perueniunt nostros ad sensus, et loca fulgent,
 Forma quoq; hinc solis debet, illincq; uideri,
 Nil adeo ut possis plus, aut minus addere uere.
 Lunaq; siue notho fertur loca lumine lustrans,
 Siue suam proprio iactat de corpore lucem,
 Quicquid id est, nihilo fertur maiore figura,
 Quam nostris oculis quam cernimus, esse uidentur.
 Nam prius omnia, quæ longe semota memur
 Aera per multam, specie confusa uidentur
 Quam minimum filum. quapropter luna necesse est,
 Quandoquidem claram speciem, certamq; figuram
 Præbet, ut est oris extremis cunq; notata,
 Quantaq; sit, nobis tanta hinc uideatur in alto.
 Postremo, quoscunq; uides hinc ætheris ignes,
 Quandoquidem quoscunq; in terris cernimus ignes,
 Dum tremor est clarius, dum cernitur ardor eorum,
 Perparuum quiddam interdum nitare uidentur
 Alterutram in partem, filum cum longus absit,
 Scire licet, per quæ pauillo posse minores
 Esse, uel exigua maiores parte, breuiq;.
 Quanta quoq; est, nobis hinc tanta uidentur imago:
 Illud item non est mirandum, qua ratione

Tantulus ille queat tantum sol mittere lumen,
 Quod maria, ac terras omnes, cælumq; rigendo
 Compleat, et calido perfundat cuncta uapore.
 Nam licet hinc mundi patefactum totius unum
 Largisfluum fontem scâtere, atq; erumpere lumen
 Ex omni mundo, qua sic elementa uapora
 Vndiq; conueniunt, et sic coniectus eorum
 Confluit, ex uno capite hic ut profluat ardor.
 Non ne uides etiam, q̄ late paruus aquai
 Prata riget fons interdum, campisq; redundet?
 Est etiam quoq; uti non magno solis ab igni
 Aera præripiat calidis feruoribus ardor.
 Opportunus ita est, si forte & idoneus aer,
 Ut queat accendi paruis ardoribus ictus.
 Quod genus interdum segetes, stipulamq; uidemus
 Accipere ex una scintilla incendia passim.
 Forsitan et roseus sol alta lampade lucens
 Possideat multum cæcis feruoribus ignem,
 Circum se nullo qui sit fulgore notatus,
 Aestifer ut tantum radiorum exauget ictum.
 Nec ratio solis simplex, et recta patet,
 Quo pacto astiuis è partibus, ægærotis.
 Brumales adeat flexus, atq; inde reuertens
 Cancris ut uertat metas ad solstitiales,
 Lunaq; mensibus id spatium uideatur obire,
 Annua sol in quo consumit tempora cursu.
 Non inquam simplex his rebus reddita causa est,
 Num fieri uel cum primis id posse uideatur,
 Democriti quod sancta uiri sententia ponit.
 Quanto quæq; magis sint terram sidera propter,

Tanto posse minus cum caeli turbine ferri .
 Euaneſcere enim rapidas illius, et acreis
 Imminui ſubter uireis, ideoq; relinqui,
 Paulatim ſolem cum poſterioribus ſignis,
 Inferior multo q̄ ſit, q̄ feruida ſigna .
 Et magis hoc lunam, quanto eſt demiffior eius
 Curſus abeſt procul à caelo, terrisq; propinquat,
 Tanto poſſe minus cum ſignis tendere curſum,
 Flacidiore etiam quanto iam turbine ferat
 Inferior, q̄ ſol, tanto magis omnia ſigna
 Hanc adipiſcuntur, at cum præterq; feruntur.
 Propterea ſit, ut hæc ad ſignum quodq; reuerti
 Mobilius uideantur, ad hanc quia ſigna reuiſunt .
 Fit quoq; ut è mundi tranſuerſis partibus aer
 Alternis certo fluere alter tempore poſſit,
 Qui queat aſtiuis ſolem detrudere ſignis
 Brumaleis uſq; ad flexus, gelidumq; rigorem,
 Et qui reiiciat gelidis à frigoris umbris
 Aëſtiferas uſq; in partibus, et feruida ſigna .
 Et ratione pari lunam, ſtellasq; putandum eſt,
 Quæ uoluunt magnos in magnis orbibus annos,
 Aeribus poſſe alternis è partibus ire.
 Non ne uides etiam diuerſis nubila uentis
 Diuerſas ire in partibus, inferna ſupernis?
 Qui minus illa queant per magnos ætheris orbis
 Aëſtibus inter ſe diuerſis ſidera ferri?
 At nox obruit ingenti caligine terras,
 Aut ubi de longo curſu ſol extrema caeli
 Impulit, atq; ſuos efflauit languidus igneis,
 Concuffos itere, et labefactos ære multo.

LIB.

Aut quia sub terras cursum conuertere cogit
 Vis eadem, supra qua terras fertilit orbem.
 Tempore item certo roseam Matuta per oras
 Aetheris auroam defert, et lumina pandit.
 Aut quia sol idem sub terras ille reuertens
 Anticipat caelum radiis accendere tentans.
 Aut quia conueniunt ignes, & semina multa,
 Confluere ardoris consuerunt tempore certo,
 Quae faciunt solis noua semper lumina gigni.
 Quod genus idaeis fama est e montibus altis
 Dispersos igneis orienti lumine cerni,
 Inde coire globum quasi in unum, et conficere orbem.
 Nec tamen illud in his rebus mirabile debet
 Esse, quod haec ignis tam certo tempore possint
 Semina confluere, et solis reparare nitorem.
 Multa uidemus enim, certo quae tempore fiunt
 Omnibus in rebus. florescunt tempore certo
 Arbusta, & certo demittunt tempore florem,
 Nec minus in certo dentes cadere imperat aetas
 Tempore, & impubem molli pubescere ueste,
 Et pariter mollem malis demittere barbam.
 Fulmina postremo, nix, imbres, nubila, uenti
 Non nimis incertis fiunt in partibus anni.
 Namque ubi sic fuerunt causarum exordia prima,
 Atque ita res mundi cecidere ab origine prima,
 Consequa natura est iam rerum ex ordine certo.
 Crescere itemque dies licet, et tabescere noctes,
 Et minui lucas, cum sumant augumina noctes.
 Aut quia sol idem sub terras, atque superne
 Imparibus currens anfractibus aetheris oras

Partit, & in partes non æquas diuidit orbem,
 Et quod ab alterutra detrahit parte, reponit
 Eius inaduersa tanto plus parte relatus,
 Donec ad id signum cæli peruenit, ubi anni
 Nodus nocturnas exæquat lucibus umbras.
 Nam medio cursu flatus aquilonis, et austris
 Distinet æquato cæli discrimine metas,
 Propter signiferam posituram totius orbis.
 Annua sol in quo contundit tempora serpens
 Obliquo terras, et cælum lumine lustrans,
 Ut ratio declarat eorum, qui loca cæli
 Omnia dispositis signis ornata notarunt.
 Aut quia crassior est certis in partibus aer,
 Sub terris ideo tremulum iubar hæsitat ignis,
 Nec penetrare potest facile, atq; emergere ad ortus.
 Propterea noctes hiberno tempore longæ
 Cessant, dum ueniat radiatum insigne diei.
 Aut etiam, quia sic alternis partibus anni
 Tardius, et citius consuerunt confluere ignes,
 Qui faciunt solem certa desurgere parti.
 Propterea fit, uti hi uideantur dicere uerum.
 Luna potest solis radiis percussa nitere,
 Inq; dies maius lumen conuertere nobis
 Ad speciem, quantum solis secedit ab cybe,
 Donec eum contra pleno bene lumine fulsit.
 Atq; oriens obitus eius super edita uidit.
 Inde minutatim retro quasi cõdere lumen
 Debeat, it quanto propius iam solis ad ignem
 Labitur ex alia signorum parte per orbem.
 Ut faciunt lunam qui fingunt esse pilai

Consimilem, cursusq; uiam sub sole tenere.
 Est etiam quare proprio cum lumine possit
 Voluier, & uarias splendoris reddere formas.
 Corpus enim licet esse aliud, quod fertur, et una
 Labitur omnimodis occursans, efficiensq;
 Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur.
 Versariq; potest, globus ut si forte pilai
 Dimidia ex parti candenti lumine tinctus,
 Versandoq; globum uariantes edere formas.
 Deniq; eam partem, quae cunq; est ignibus aucta.
 Ad speciem uertit nobis, oculosq; patentes
 Inde minutatim retro contorquet, et auferit
 Luciferam partem glomeraminis, atq; pilai.
 Ut babylonicae chaldaeam doctrina refutans
 Astrologorum artem contra conuincere tendit.
 Proinde quasi fieri nequeat, quod pugnat uterq;
 Aut minus hoc illo sit, cur amplectier ausis?
 Deniq; cur nequeat semper noua luna creati
 Ordine formarum certo, certisq; figuris?
 Inq; dies priuos abolesci quaeq; creati,
 Atq; alia illius reparari in parte, locosq;
 Difficile est ratione docere, & uincere uerbis,
 Ordine cum uideas tam certo multa creati.
 It uer, et uenus, et ueneris praenuntius ante
 Pennatus graditur zephyrus uestigia propter,
 Flora quibus mater praespargens ante uia
 Cuncta coloribus egregis, et odoribus opplet,
 Indeloci sequitur calor aridus, et comes una
 Puluerulenta ceres, et etesia flabra aquilonum.
 Inde autumnus adit, graditur simul Euhyius euas,

Inde alix tempestates, uentiq; sequuntur,
 Altitonans uulturnus, et auster fulmine pollens.
 Tandem bruma niues affert, figrumq; rigorem
 Reddit, hyems sequitur crepitans accentibus algi.
 Quo minus est mirum, si certo tempore luna
 Gignitur, et certo deletur tempore rursus.
 Cum fieri possint tam certo tempore multa.
 Solis item quoq; defectus, lunaq; latibras,
 Pluribus e causis fieri tum posse putandum est.
 Nam cur luna queat terram secludere posces
 Lumine, et a terris altum caput obstruere eius
 Obiiciens cacum radiis ardentibus orbem,
 Tempore eodem aliud facere id non posse putetur
 Corpus, quod cassum labatur lumine semper?
 Solq; suos etiam dimittere languidus igneis
 Tempore cur certo nequeat, recreareq; lumen?
 Cum loca prateriit flammis infesta per auras,
 Quae faciunt igneis interslingui, atq; perire,
 Et cur terra queat lunam spoliare uicissim
 Lumine, et oppressum solem super ipsa tenere,
 Menstrua dum rigidas coni perlabitur umbras?
 Tempore eodem aliud nequeat succurrere luna
 Corpus? uel supra solis perlabier orbem?
 Quod radios interrumpat, lumenq; profusum.
 Et tamen ipsa suo si fulget luna nitore,
 Cur nequeat certa mundi languescere parte?
 Dum loca luminibus propriis inimica per exit,
 Menstrua cum rigidas coni perlabitur umbras.
 Quod superest, quoniam magni per carula mundi
 Qua fieri quicquid posset ratione, resolui.

LIB .

Solis uti uarios cursus, lunæq; meatus
 Noscere possemus, quæ uis, et causa cieret
 Quo' ue modo soleant effæcto lumine obire,
 Et neq; opinantes tenebris obducere terras,
 Cum quasi conuiuent, et aperto lumine rursus
 Omnia conuisunt clara loca candida luce,
 Nunc redeo ad mundi nouitatem, et mollia terræ
 Arua, nouos factus, quid primum in luminis oras
 Tollere, & incertis tendat committere uentis.
 Principio genus herbarum, uiri demq; nitorem
 Terra dedit circum colles, camposq; per omnes
 Florida fulserunt uiridanti prata colore,
 Arboribusq; datum est uariis exinde per auras
 Crescendi magnum inmissis certamen habenis.
 Ut pluma, atq; pili primum, setæq; creantur
 Quadrupedum membris, et corpore pennipotentium,
 Sic noua tum tellus herbas, uirgultaq; primum
 Sustulit, in deloci mortalia sæcla creauit
 Multa modis multis uaria ratione coorta.
 Nam neq; de cælo cecidisse animalia possunt,
 Nec terrestria de salsis exisse lacunis.
 Linquitur, ut merito maternum nomen adeptæ
 Terra sit, è terra quoniam sunt cuncta creata.
 Multaq; nunc etiam existunt animalia terris,
 Imbribus, & calido solis concreta uapore.
 Quo minus est mirum, si tum sunt plura coorta,
 Et maiora noua tellure, atq; æthere adulta.
 Principio genus alinum, uariæq; uolucres
 Oua relinquebant exclusæ tempore uerno,
 Folliculos ut nunc teretes æstate arida

Linqunt sponte sua uictum, uitamq; petentes.
 Tunc ibi terra dedit primum mortalia sacra,
 Multus enim calor, atq; humor superabat in aruis.
 Hac ubi quæq; loci regio opportuna dabatur,
 Crescebant uteri terra in radicibus apti,
 Quos ubi tempore maturo patefecerat ætas
 Infanscon, fugiens humorem, auramq; petiscens,
 Conuertebat ibi natura foramina terra,
 Et succum uenis cogebat fundere apertis
 Consimilem lactis. sicut nunc femina quæq;
 Cum peperit, dulci repletur lacte, q; omnis
 Impetus in mammas conuertitur ille alimenti,
 Terra cibum pueris, uestem uapor, herba cibile
 Præbebat, multa & molli lanugine abundans.
 At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
 Nec nimios æstus, nec magnis uiribus auras,
 Omnia enim pariter crescunt, et robora sumunt.
 Quare etiam atq; etiam maternum nomen adeptæ
 Terra tenet merito, quoniam genus ipsa creauit
 Humanum, atq; animal prope certo tempore fudit
 Omne, quod in magnis baccharur montibus passim,
 Aeriasq; simul uolucres uariantibus formis.
 Sed quia finem aliquam pariendo debet habere,
 Desinit, ut mulier spatio defessa uetusto.
 Mutat enim mundi naturam totius ætas,
 Ex aliisq; alius status excipere omnia debet,
 Nec manet ulla sui similis res, omnia migrant,
 Omnia conmutat natura, et uertere cogit.
 Namq; aliud putrescit, et æuo debile languet.
 Porro aliud concrestat, et è contemptibus exit.

LIB.

Sic igitur mundi naturam totius ætas
 Mutat, et ex alio terram status excipit alter.
 Quod potuit nequeat, possit quod non tulit ante.
 Multaq; tum tellus etiam portenta creare
 Conata est, mira facie, membrisq; cœorta.
 Androgynū inter utra, neutrumq; , & utrūq; remotū.
 Orba sedum, partim manuum uiduata uicissim.
 Multa sine ore, etiam sine uultu cæca reperta,
 Vincitq; membrorum per totum corpus adhasu,
 Nec facere ut possent quicq;, nec credere quoq; ,
 Nec uitare malum, nec sumere, quod uolet usus.
 Cætera de genere hoc monstra, ac portenta creabat
 Nequicq;, quoniam natura absterruit auctum,
 Nec potuere cupinum ætatis tangere florem,
 Nec reperire abum, nec iungi per ueneris res.
 Multa uidemus enim rebus concurrerere debere,
 Ut propagando possint procudere sæcla.
 Pabula primum ut sint genitalia, deinde per artus
 Semina, qua possint membris manare remissis.
 Fœminaq; ut maribus coniungi possit, habendum,
 Mutua quis necitent inter se gaudia uterq; .
 Multaq; tum interiisse animantum sæcla necesse est,
 Nec potuisse propagando procudere prolem.
 Nam quæcunq; uides uesciuitalibus auris,
 Aut dolus, aut uirtus, aut deniq; mobilitas est,
 Ex incunte auro genus id tutata reseruans.
 Multaq; sunt nobis ex utilitate sua, quæ
 Commendata manent tutela tradita nostra.
 Principio genus acre leonum, sæuâq; sæcla
 Tutata est uirtus, uulpes dolus, ut fuga cætuos.

At leuis omnia animi fido cum pectore corda,
 Et genus omne, quod est ueterino semine partum,
 Lanigeræq; simul pecudes, et buccra sacra,
 Omnia sunt hominum tuæ tradita Memmi.
 Nam cupide fugere feras, pacemq; secutæ
 Sunt, et largæ suo sine pabula parua labore,
 Quædamus utilitatis eorum præmia causa.
 At quis nil horum tribuit natura, neq; ipsa
 Sponte sua possent aut uiuere, aut dare nobis
 Vtilitatem aliquam, quare pateremur eorum
 Præsidio nostro pasci genus, esseq; tuum,
 Salicet hæc aliis prædæ, lucroq; iacebant
 Indupedita suis fatalibus omnia uinculis,
 Donec ad interitum genus id natura redegit.
 Sed neq; centauri fuerunt, nec tempore in ullo
 Esse queat duplici natura, et corpore bino
 Ex alienigenis membris compacta potestas,
 Hinc illinc paribus ut non pars esse potis sit.
 Id licet hinc quauis hebeti cognoscere corde.
 Principio, circum tribus actis impiger annis
 Floret equus, puer haudquæq; , quin sæpe etiam tum
 Hubera mammarum insomnis lactantia quarit.
 Post ubi æquum ualidæ uires ætate senectæ,
 Membraq; deficiunt fugienti languida uita,
 Tum demum puerili æuo florente iuuentas
 Occipit, et molli uestit lanugine malas.
 Ne forte ex homine, et ueterino semine equorum
 Conferri credas centauros posse, neq; esse.
 Aut rapidis canibus succinctas semimarinas
 Corporibus scyllas, et cætera de genere horum,

Inter se quorum discordia membra uidemus,
 Quæ neq; florescunt pariter, nec robora sumunt
 Corporibus, neq; proficiunt aetate senecta,
 Nec simili uenere ardescunt, nec moribus unis
 Conueniunt, neq; sunt eadem iucunda per artus.
 Quippe uidere licet, pinguescere saepe acuta
 Barbigeras pecudes, homini quæ est acre uenenum.
 Flamma quidem uero cum corpora fulua leonum
 Tam soleat torrere, atq; utere, q̄ genus omne
 Visceris in terris, quodcumq; & sanguinis extet,
 Qui fieri potuit triplici cum corpore iuncta,
 Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra
 Ore ferox, acrem ut flaret de corpore flammam?
 Quare etiam tellure noua, caloq; recenti
 Talia qui fingit potuisse animalia gigni,
 Nixus in hoc uno nouitatis nomine inani
 Multa licet simili ratione effutiat ore.
 Aurea tum dicat per terras, flumina uulgo
 Fluxisse & gemmis florere arbusta suesse,
 Aut hominem tanto membrorum esse impete natum,
 Trans maria alta pedum nisus ut ponere posset,
 Et manibus totum circum se uertere cælum.
 Nam quod multa fieri in terris semina rerum,
 Tempore quo primum tellus animalia fudit,
 Nil tamen est signi, mistas potuisse creati
 Inter se pecudes, compactaq; membra animantium,
 Propterea, quia quæ de terris nunc quoq; abundant
 Herbarum genera, ac fruges, arbustaq; læta,
 Non tamen inter se possunt complexa creati,
 Sed sic quodq; suo rini; rocedit, ut omnia

Fædere natura certo discrimina seruent.
 Et genus humanum multo fuit illud in aruis
 Durius, ut decuit, nullus quod dura creasset
 Et maioribus, et solidis magis ossibus intus
 Fundatum, et ualidis aptum per uiscera neruis.
 Nec facile ex æstu, nec frigore quod caperetur,
 Nec nouitate cibi, nec labi corporis ulla.
 Multaq; per cælum solis uoluentia lustra
 Vulgus uero uitam tractabant more ferarum.
 Nec robustus erat curui moderator aratri
 Quisq; , nec scibat ferro molitur arua,
 Nec noua defodere in terram uirgulta, neq; altis
 Arboribus uetres decidere falcibus ramos.
 Quod sol, atq; imbres dederant, quod terra creatat.
 Sponte sua satis id placabat pectora donum.
 Glandiferas inter curabant corpora quercus
 Plerunq; , et quæ nunc hyberno tempore ænis
 Arbuta puniceo fieri matura colore,
 Plurima tum tellus etiam maiora ferebat.
 Multaq; præterea nouitas tum florida mundi
 Pabula dira tulit, miseris mortalibus aspra.
 At sedare sitim fluuuii, fontesq; docebant.
 Ut nunc montibus è magnis decursus aquarum
 Clarior, accitat sitientia sæcla ferarum.
 Deniq; nota uagis siluestria templa tenebant
 Nympharum, quibus exhibant humore fluentem
 Lubricæ proluuie larga lauere humida saxa,
 Humida saxa super uiridi stillantia musco,
 Et partim plano scâtere, atq; erumpere campo.
 Nec dum res igni scibant tractare, neq; uti

Pellibus, & spoliis corpus uestire ferarum,
 Sed nemora, atq; cauos montes, siluasq; colebant,
 Et frutices inter condebant squalida membra,
 Verbera uentorum uitare, imbreisq; coacti.
 Nec commune bonum poterant spectare, neq; ullis
 Moribus inter se sciant, nec legibus uti.
 Quod cuiq; obtulerat præda fortuna, ferebat.
 Sponte sua sibi quisq; ualere, et uiuere doctus
 Missilibus saxis, et magno pondere clauæ.
 Et uenus in siluis iungebat corpora amantem,
 Conciliabat enim uel mutua quenq; cupido,
 Vel uiolenta uiri uis, atq; impensa libido,
 Vel pretium, glandes, atq; arbuta, uel pira lecta.
 Et manuum mira freti uirtute, pedumq;
 Consectabantur siluestria sæcla ferarum,
 Multaq; uincabant, uitabant pauca latebris,
 Setigerisq; pares suis siluestria membra
 Nudabant terræ nocturno tempore capti,
 Circum se foliis ac frondibus inuoluentes.
 Nec plangore diem magno, solemq; per agros
 Quærebant pauidi, palantes noctis in umbris,
 Sed tacti respectabant, somnoq; sepulti,
 Dum rosea face sol inferret lumina celo.
 A paruis quod enim consuerant cernere semper
 Alternò tenebras, & lucem tempore gigni,
 Non erat, ut fieri posset mirarier unq;
 Nec diffidere, ne terras æterna teneret
 Nox in perpetuum detracto lumine solis.
 Sed magis illud erat curæ, qd sæcla ferarum
 In festam miseris faciebant sæpe quietem,

Eiectiq; domo fugiebant saxea tecta
 Spumigeri suis aduentu, ualidiq; leonis,
 Atq; intempesta cedebant nocte pauentes
 Hospitibus sacuis instrata cubilia fronde.
 Nec nimio tum plus, q̄ nunc mortalia sacra
 Dulcia linquebant lamentis lumina uitæ.
 Vnus enim non quisq; magis deprænsus eorum
 Pabula uiua feris præbebat dentibus haustus.
 Et nemora, ac montis gemitu, siluasq; replebat
 Viua uidens uiuo sepeliri uiscera busto.
 At quos effugum seruârat corpore adesto.
 Posterius tremulas super ulcera tetra tenentes
 Palmas, horrifera accubant uocibus orcum,
 Donec eos uita priuârant uermina sæua
 Expertes opis, ignaros quid uulnera uellent.
 At non multa uirum sub signis millia ducta
 Vna dies dabat exitio, nec turbida ponti
 Aequora lædebant nauis ad saxa, uirosq;.
 Nec temere incursu fluctus mare sæpe coortum
 Sæuibat, leuiterq; minas ponebat inaneis.
 Nec poterat quenq; placidi pellacia ponti
 Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.
 Improba nauigi ratio tum cæca iacebat.
 Tum penuria deinde cibi, languentia leto
 Membra dabat, contra nunc rerum copia mersat.
 Illi imprudentes ipsi sibi sæpe uenenum
 Vergebant, nunc dant aliis solertius ipsi.
 Inde casus postq;, ac pelleis, ignemq; pararunt,
 Et mulier coniuncta uiro concessit in unum,
 Castaq; priuatæ ueneris connubia læta

LIB.

Cognita sunt, prolemq; ex se *Quid è re creatam.*
 Tum genus humanum primum mollescere coepit,
 Ignis enim curauit, ut alia corpora frigus
 Non ita iam possent cali sub tegmine ferre.
 Et uenus imminuit uires, pueriq; parentum
 Blandiciis facile ingenium fre gère superbum.
 Tunc & amicitiam coeperunt iungere auentes
 Finitimi inter se, nec laedere, nec uiolare.
 Et pueros commendarunt, muliebreq; sæclum,
 Vocibus, et gestu, cum balbe significarent,
 Imbecillorum esse æquum misererier omneis.
 Non tamen omnimodis poterat concordia gigni,
 Sed bona magnaq; pars seruabant fœdera casti,
 Aut genus humanum iam tum foret omne peremptum,
 Nec potuisset adhuc perducere sæcla propago.
 At uarios lingua sonitus natura subegit
 Mittere, et utilitas expressit nomina rerum.
 Non alia longe ratione, atq; ipsa uidetur
 Protrahere ad gestum pueros infantia linguæ,
 Cum facit, ut digito, quæ sint præsentia, monstrant.
 Sentit enim ui quisq; sua quod possit abuti.
 Cornua nata prius uitulo q̄ frontibus extant,
 Illis iratus petit, atq; infestus inurget.
 At catuli pantherarum, scymniq; leonum
 Unguibus, ac pedibus iam tum, morsuq; repugnant,
 Vix etiam cum sunt dentes, unguesq; creati.
 Alitum porro genus alis omne uidemus
 Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliatum.
 Proinde putare aliquem tum nomina distribuiffe
 Rebus, et inde homines didiciffe uocabula prima,
 Desifere

Desipere est, nam cur hic posset cuncta notare
 Vocibus; & uarios sonitus emittere linguæ,
 Tempore eodem alii facere id non quisse putantur?
 Præterea, si non alii quoque uocibus usi
 Inter se fuerant, unde insita notities est
 Utilitatis? et unde data est huic prima potestas,
 Quid uellet, facere ut sciret? animoque uideret?
 Cogere item plures unus, uictosque domare
 Non poterat, rerum ut perdiscere nomina uellent,
 Nec ratione docere ulla, suadereque surdis,
 Quid sit opus facto. faciles neque enim paterentur,
 Nec ratione ulla sibi ferrent amplius aureis
 Vocis inauditos sonitus obtundere frustra.
 Postremo quid in hac mirabile tantopere est re?
 Si genus humanum, cui uox, & lingua uigeret,
 Pro uario sensu uarias res uoce notaret.
 Cum pecudes mutæ, cum denique sacra ferarum
 Dissimiles soleant uoces, uariasque cære,
 Cum metus, aut dolor est, et cum iam gaudia gliscunt,
 Quippe etenim licet in rebus cognoscere apertis.
 Irritata canum cum primum magna molossium
 Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes,
 Longe alio sonitu rabies districta minatur,
 Et cum iam latrant, et uocibus omnia complent.
 At catulos blande cum lingua lambere tentant,
 Aut ubi eos lactant pedibus, morsuque petentes,
 Suspensis teneros imitantes dentibus haustus,
 Longe alio pacto ganniti uocis adulant.
 Et cum deserti baubantur in ædibus, aut cum
 Plorantes fugunt summissio corpore plagas.

Deniq; non hinnitus item differre uidentur ,
 Inter equas ubi equus florenti ætate iuuençus
 Pennigeri scuit calcaribus ictus amoris ,
 Et cum sic aliàs concussis artibus hinnit ,
 Et fremitum patulis subnaribus edit ad arma .
 Postremo genus alinum, uariæq; uolucres,
 Accipitres, atq; ossifragæ, mergiq; marinis
 Fluctibus in salso uictum, uitamq; petentes,
 Longe alias alio iaciunt in tempore uoces ,
 Et cum de uictu certant, prædaq; repugnant,
 Et partim mutant cum tempestatibus unda
 Rauafonos cantus cornicum sæcla uetusta,
 Coruorumq; greges, ubi aquam dicuntur, & imbres
 Poscere, et interdum uentos, autasq; uocare .
 Ergo si uarii sensus animalia cõgunt,
 Muta tamen cum sint, uarias emittere uoces ,
 Quanto mortales magis æquum est, tum potuisse
 Dissimileis alia, atq; alia res uoce notare?
 Illud in his rebus tactus ne forte requiras,
 Fulmen detulit in terras mortalibus ignem
 Primitus, inde omnis flammærum didicit ardor.
 Multa uidemus enim cælestibus incita flammis
 Iulgere, cum cæli donauit plaga uapores .
 Et ramosa tamen cum uentis pulsa uacillans
 Aestuat in ramos incumbens arboris arbor,
 Exprimitur ualidis extritus uiribus ignis,
 Et micat interdum flammæ feruidus ardor ,
 Mutua dum inter se rami, stirpesq; teruntur,
 Quorum utrunq; dedisse potest mortalibus ignem .
 Inde abum coquere, ac flammæ mollire uapore,

Sol docuit, quoniam mitescere multa uidebant
 Verberibus radiorum, atq; astu uicta per agros.
 Inq; dies magis, et uictum, uitamq; priorem
 Commutare nouis monstrabant rebus, et igni,
 Ingenio qui praeftabant, et corde uigebant.
 Condere coeperunt tum urbes, arcemq; locare
 Praesidium reges ipsi sibi, per fugumq;
 Et pecudes, et agros diuisere, atq; dedere
 Pro facie cuiusq; et uiribus, ingenioq;
 Nam facies multum ualuit, uiresq; uigebant.
 Posterior res inuenta est, aurumq; repperit,
 Quod facile, et ualidis, et pulchris dempsit honorem.
 Diuitioris enim se etiam plerunq; sequuntur
 Quamlibet et fortes, et pulchro corpore creti.
 Quod si quis uera uitam ratione gubernat,
 Diuitiae grandes homini sunt, uiuere parce
 Aequo animo, neq; enim est unq; penuria parui.
 At claros, homines uoluerunt se, atq; potentes,
 Ut fundamento stabili fortuna maneret,
 Et placidam possent opulenti degere uitam,
 Ne quicq;, quoniam ad summum succedere honorem
 Certantes, iter infestum fecere uia.
 Et tamen e summo quasi fulmen deicit ictos
 Inuidia interdum contemtim in tartara uicta.
 Ut satius multo iam sit parere quietum,
 Quam regere imperio res uelle, et regna tenere.
 Proinde sine incassum defessi sanguine sudent
 Angustum per iter lucentes ambitionis.
 Inuidia quoniam ceu fulmine summa uaporant
 Plerunq;, et quae sunt altis magis edita cunq;.

Quandoquidem sapiunt alieno ex ore petuntque
 Res ex auditis potius, quam sensibus ipsis,
 Nec magis id nunc est, neque erit mox, quam fuit ante.
 Ergo regibus occisis, subuersa iacebat
 Pristina maiestas soliorum, et sceptrum superba,
 Et capitis summi præclarum insigne cruentum
 Sub pedibus vulgi magnum lugebat honorem.
 Nam cupide concalcatur nimis ante metutum.
 Res itaque ad summam faciem, turbasque redibat,
 Imperium sibi cum, ac summatum quisque petebat.
 Inde magistratus partem docuere creare,
 Iuraque constituere, ut uellent legibus uti.
 Nam genus humanum defessum ui colere æuum,
 Ex inimicitiis languebat, quo magis ipsum
 Sponte sua cecidit sub leges, arctaque iura.
 Acrius ex ira quod enim se quisque parabat
 Vlasci, quam nunc concessum est legibus æquis.
 Hanc ob rem est homines pertæsum ui colere æuum,
 Unde metus maculat poenarum præmia uitæ.
 Circumretit enim uis, atque iniuria quæque,
 Atque unde exorta est, ad eum plerumque reuertit.
 Nec facile est placidam, ac pacatam degere uitam,
 Qui uiolat factis conuunia foedera pacis.
 Et si fallit enim diuûm genus, humanumque,
 Perpetuo tamen id fore clam diffidere debet.
 Quippe ubi se multi per somnia sæpe loquentes,
 Aut morbo delirantes protraxe ferantur,
 Et calata diu in medium peccata dedisse.
 Nunc quæ causa deum per magnas numina gentis
 Peruulgarit, et ararum compleuerit urbes,

Suscipiendaq; curavit solemnia sacra,
 Quae nunc in magnis florent sacra rebus, locisq;
 Vnde etiam nunc est mortalibus insitus horror,
 Qui delubra deum noua toto suscitatur orbi
 Terrarum, et festis cogit celebrare diebus,
 Non ita difficile est rationem reddere uerbis.
 Quippe etenim iam tum diuim mortalia saecula
 Egregias animo facies uigilante uidebant,
 Et magis in somnis mirando corporis auctu.
 His igitur sensum tribuebant, propterea qd
 Membra mouere uidebantur, uocesq; superbas
 Mittere pro facie praeclyara, et uiribus amplis,
 Aeternamq; dabant uitam, quia semper eorum
 Suppeditabantur facies, et forma manebat.
 Et tamen omnino, qd tantis uiribus auctos,
 Non temere ulla ui conuinci posse putabant.
 Fortunisq; ideo longe praestare putabant,
 Quod mortis timor haud quenq; uexaret eorum,
 Et simul in somnis quia multa, et mira uidebant
 Efficere, et nullum capere ipsos inde laborem.
 Praeterea caeli rationes ordine certo,
 Et uaria annorum cernebant tempora uerti,
 Nec poterant quibus id fieret cognoscere causas.
 Ergo per fugum sibi habebant omnia diuis
 Tradere, et illorum nutu facere omnia flecti.
 In caeloq; deum sedes, et templa locarunt,
 Per caelum uolui quia nox, et luna uidetur,
 Luna, dies, et nox, et noctis signa seuera,
 Noctiuagaeq; faces caeli, flammaeq; uolantes,
 Nubila, sol, imbres, nix, uenti, fulmina, grando.

Et rapidi fremitus, et murmura magna minarum.
 O genus infelix humanum, talia diuis
 Cum tribuit facta, atq; iras adiunxit acerbas,
 Quantos non gemitus ipsi sibi? quantaq; nobis
 Vulnera, quas lachrymas peperere minoribus nostris?
 Nec pietas ulla est, uelatum sepe uideri
 Vertier ad lapidem, atq; omneis accedere ad aras,
 Nec procumbere humi prostratum, et tendere palmas
 Ante deum delubra, nec aras sanguine multo
 Spargere quadrupedum, nec uotis necere uota,
 Sed magis pacata posse omnia mente tueri.
 Nam cum suspicimus magni caelestia mundi
 Tempa super, stellisq; micantibus aethera fixum,
 Et uenit in mentem solis, lunaeq; uiarum,
 Tunc aliis oppressa malis in pectore cura
 Illa quoq; expergefactum caput erigere inquit.
 Ecquae forte deum nobis immensa potestas
 Sit uario motu, quae candida sidera uerset.
 Tentat enim dubiam mentem rationis egestas.
 Ecquae nam fuerit mundi genitrix origo,
 Et simul, ecquae sit finis quoad moenia mundi,
 Et taciti motus hunc possint ferre laborem.
 An diuinitus aeterna donata salute
 Perpetuo possint cui labentia tractu
 Immensi ualidas cui contemnere uires.
 Praeterea cui non animus formidine diuum
 Contrahitur, cui non correpunt membra pauore
 Fulminis horribili, cum plaga torrida tellus
 Contremat, et magnum peccurrunt murmura caelum?
 Non populi, gentesq; tremunt? regesq; superbi

Corripiunt diuūm perculsi membra timore ?
 Ne quod ob admissum foede, dictum ue superbe.
 Poenarum graue sit soluendi tempus adactum,
 Summa etiam cum uis uiolenti per mare uenti
 Induperatorem classi super aquora uerrit,
 Cum ualidis pariter legionibus, atq; elephantis.
 Non diuūm pacem uotis adit, ac prece quasit
 Ventorum pauidus paces, animasq; secundas?
 Nequicq̄, quoniam uiolento turbine saepe
 Corruptus nihilo fertur minus ad uada leti,
 Vsque adeo res humanas uis abdita qua dam
 Obterit, et pulchros fascas, sauasq; secureis
 Proculcare, ac ludibrio sibi habere uidetur.
 Deniq; sub pedibus tellus cum tota uacillat,
 Concussa q̄ cadunt urbes, dubia q̄ minantur,
 Quid mirum si se temnunt mortalia sacra,
 Atq; potestatis magnas, mirasq; relinquunt
 In rebus uireis diuūm, quae cuncta gubernent ?
 Quod superest, aes atq; aurum, ferrumq; reperitū est.
 Et simul argenti pondus plumbiq; perastas.
 Ignis ubi ingentis siluas ardore cremat
 Montibus in magnis, seu caeli fulmine missis,
 Siue q̄ inter se bellum siluestre gerentes
 Hostibus intulerant ignem formidinis ergo,
 Siue q̄ inducti terra bonitate, uolebant
 Pandere agros pinguis, et pasua reddere rura,
 Siue feras interficere, et ditescere praeda.
 Nam fouea, atq; igni prius est uenariet ortum.
 Quam sapere plagis saltum, canibusq; ciere.
 Quicquid id est, quacūq; è causa flammis ardor

Horribili sonitu ut siluas exederat altis
 Ab radicibus, et terram percoxerat igni,
 Manabat uenis feruentibus in loca terra
 Concaua conueniens argenti riuus, et auri,
 Aeris item, et plumbi, quæ cum concreta uidebant
 Posterius claro in terras splendere colore,
 Tollebant nitido capti, leuiq; lepore,
 Et simili formata uidebant esse figura,
 Atq; lacunarum fuerant uestigia cuiq;
 Tum penetrabat eos, posse hæc liquefacta calore
 Quamlibet in formam, & faciem decurrere rerum.
 Et prorsum quamuis in acuta, ac tenuia posse
 Mucronum duci fastigia procudendo,
 Ut sibi tela parent, siluasq; excidere possint,
 Materiemq; dolare, et leuia radere tigna,
 Et terebrare etiam, ac pertundere, perq; forare.
 Nec minus argento facere hæc, auroq; parabant,
 Quam ualidi primum uiolentis uiribus æris,
 Nequicq;, quoniam cecebat uicta potestas,
 Nec poterant pariter durum sufferre laborem.
 Nam fuit in precio magis æs, aurumq; iacebat
 Propter inutilitatem hebeti mucrone retusum.
 Nunc iacet æs, aurum in summum successit honorem.
 Sic uoluenda ætas commutat tempora rerum,
 Quod fuit in precio, fit nullo deniq; honore,
 Porro aliud succedit, et è contemptibus exit,
 Inq; dies magis appetitur, floretq; repertum
 Laudibus, et miro est mortaleis inter honore.
 Nunc tibi quo pacto ferri natura reperta
 Sit, facile est ipsi per te cognoscere Memmi.

Arma antiqua, manus, ungues, dentesq; fuerunt,
 Et lapides, et item siluarum fragmina rami,
 Et flamma, atq; ignes, postq; sunt cognita primum,
 Posterius ferri uis est, arisq; reperia,
 Et prior aris erat, q; ferri cognitus usus,
 Quo facilis magis est natura, et copia maior.
 Aere solum terra tractabant, ac rē belli
 Miscabant fluctus, et uulnera saeua serebant,
 Et pecus; atq; agros adimebant, nam facile ollis
 Omnia cedebant armatis nuda, et inerma.
 Inde minutatim processit ferreus ensis,
 Versaq; in obscurum species est falcis ahenae,
 Et ferro coepere solum profcindere terra,
 Ex aequataq; sunt creperi certamina belli.
 Et prius est armatum in equi conscendere costas,
 Et moderari hunc frenis, dextraq; ciere,
 Quam biugo curru belli tentare pericla.
 Et biugo prius est, q; bis coniungere binos,
 Et q; falas ferros inuentum ascendere currus.
 Inde boues lucas turrito corpore tetros,
 Anguimanos belli docuerunt uulnera poeni
 Sufferre, et magnas martis urbare ceteruas.
 Sic alid ex alio peperit discordia tristis,
 Horribile humanis quod gentibus esset in armis.
 Inq; dies belli terroribus addidit augmen.
 Tentarunt etiam tauros in munera belli,
 Experiq; sues saeuos sunt mittere in hostes,
 Et ualidos partim pra se misere leones
 Cum ductoribus armatis, sauisq; magistris,
 Qui moderari his possent, uinclisq; tenere.

Nequicq̄, quoniam permista caede cutescentes
 Turbabant saui nullo discrimine iurmas,
 Terrificas capinum quatienteis undiq; cristas.
 Nec poterant equites fremitu perterrita equorum
 Pectora mulcere, et frenis conuertere in hosteis.
 Irritata lea iaciebant corpora salu
 Undiq; et aduersum uenientibus ora petebant,
 Et nec opinantis à tergo diripiebant
 Deplexaq; dabant in terram uoluere uictos
 Morsibus affixæ ualidis, atq; unguibus uncis,
 Iactabantq; suos tauri, pedibusq; terebant,
 Et latera, ac uentres hauribant subter equorum
 Cornibus, ad terramq; minitanti mente ruebant,
 At ualidis socios cedebant dentibus apri,
 Tela infracta suo tingentes sanguine saui,
 Permistasq; dabant equinum, pedumq; ruinas.
 Nam transuersa feros exhibant dentis adactus
 Iumenta, aut pedibus uentos erecta petebant
 Nequicq̄, quoniam à neruis succisa uideres
 Concidere, atq; graui terram consternere casu.
 Si quos ante domi domitos satis esse putabant,
 Efferuescere cernebant in rebus agundis,
 Vulneribus, clamore, fuga, terrore, tumultu,
 Nec poterant ullam partem deducere eorum.
 Diffugiebat enim uarium genus omne ferarum,
 Ut nunc saepe boues luca, ferro male mactæ
 Diffugunt, fera facta suis cum multa dedere.
 Sic fuit, ut facerent. sed uix adducor, ut ante
 Non quierint animo praesentire, atq; uidere,
 Quam commune malum fieret, fax dumq; futurum.

Et magis id possis factum contendere Memmi
 In uariis mundis, uaria ratione creatis,
 Quam certo, atq; uno terrarum quolibet orbi.
 Sed facere id non tam uincendi spe uoluerunt,
 Quam dare quod generent hostes, ipsiq; perirent.
 Qui numero diffidebant, armisq; uacabant.
 Nexilis ante fuit uestis, q̄ textile regmen.
 Textile post ferrum est, quia ferro tela paratur.
 Nec ratione alia possunt tam leuia gigni
 Insilia, ac fusi, radii, scapiq; sonantes.
 Et facere ante uiros lanam natura coegit,
 Quam muliebre genus, nam longe praestat in arte,
 Et solertius est multo genus omne uirile,
 Agricola donec uitio uertere seueri,
 Ut muliebribus id manibus concedere uellent,
 Atq; ipsi pariter durum sufferre laborem,
 Atq; opere in duro durarunt membra, manusq;
 At specimen sationis, et insitionis origo
 Ipsa fuit rerum primum natura creatrix.
 Arboribus quoniam bacca, glandesq; caduca
 Tempestiua dabant pullorum examina subter,
 Vnde etiam libium est stirpis committere ramis,
 Et noua defodere in terram uirgulta per agros.
 Inde aliam, atq; aliam culturam dulcis a zelli
 Tentabant, fructusq; feros mansuescere terra
 Cernebant indulgendo, blandeq; colendo.
 Inq; dies magis in montem succedere siluas
 Cogebant, infraq; locum concedere cultis.
 Prata, lacus, riuos, segetes, uinetaq; late
 Collibus, et campis ut haberent, atq; olearum

LIB.

Cæcula distinguens inter plagæ currere posset
 Per tumulos, et conualleis, camposq; profusa.
 Ut nunc esse uides uario distincta lepore
 Omnia, quæ pomis intersita dulcibus ornant,
 Arbusistisq; tenent felicibus obsita circum.
 At liquidas auium uoces imitauer ore
 Ante fuit multo, q̄ leuia carmina cantu
 Concelebrare homines possent, aureisq; iuuare.
 Et zephyri caua per calamorum sibila primum
 Agrestes docuere cauas inflare cicutas.
 Inde minutatim dulcæ didicere querelas,
 Tibia quas fundit digitis pulsata canentum,
 Auiæ per nemora, ac siluas, saltusq; reperta,
 Per loca pastorum deserta, atq; ocia dia.
 Sic unum quicquid paulatim protrahit ætas
 In medium, ratioq; in luminis eruit oras.
 Hæc animos olis mulcebant, atq; iuuabant
 Cum satiate cibi, nam tum sunt omnia cordi.
 Sæpe itaq; inter se prostrati in gramine molli
 Propter aquæ riuum, sub ramis arboris altæ,
 Non magnis opibus iuande corpora habebant.
 Præsertim cum tempestas ridebat, et anni
 Tempora pingebant uiridantis floribus herbas.
 Tum iocæ, tum sermo, tum dulcæ esse cachinni
 Consuerant, agrestis enim tum musa uigebat.
 Tum caput, atq; humeros plexis redimire coronis,
 Floribus, et foliis lasciuia læta monebat.
 Atq; extra numerum procedere membra mouentes
 Duriter, et duro terram pede pellere matrem,
 Vnde oriebantur risus, dulcæq; cachinni,

Omnia q̄ noua tunc magis hæc, et mira uigebant,
 Et uigilantibus hinc aderant solatia somno
 Ducere multimodis uoces, et flectere cantus,
 Et supra calamos unco percurrere labro.
 Vnde etiam uigiles nunc hæc accepta tuentur,
 Et numerum seruare genus didicere, neq; hilo
 Maiore interea capiunt dulcedine fructum,
 Quam siluestre genus capiebat terrigenarum.
 Nam quod adest præsto (nisi quid cognouimus ante
 Suauius) in primis placet, et pollere uidetur,
 Posteriorq; ferè melior res illa reperta
 Perdit, et immutat sensus ad pristina quæq;
 Sic odium cepit glandis, sic illa relicta
 Strata cubilia sunt herbis, et frondibus aucta.
 Pellis item accidit uestis contempta ferina,
 Quam reor inuidia tali tunc esse repertam,
 Ut letum insidiis qui gessit, primus obiret.
 Et tamen inter eos distractam sanguine multo
 Disperuisse, neq; in fructum conuertere quisse.
 Tunc igitur pelles, nunc aurum, et purpura curis
 Exercent hominum uitam, belloq; fatigant.
 Quo magis in nobis (ut opinor) culpa resedit.
 Frigus enim nudos sine pellibus excruciat
 Terrigenas, at nos nil lædit ueste carere
 Purpurea, atq; auro, signisq; ingentibus apta,
 Dum plebea tamen sit, quæ defendere possit.
 Ergo hominum genus incassum, frustra q; laborat
 Semper, et in curis consumit inanibus æuum,
 Nimirum, quia non cognouit, quæ sit habendi
 Finis, et omnino quoad crescat uera uoluptas,

LIB.

Idq; minutatim uitam prouexit in altum,
 Et belli magnos commouit funditus astitus.
 At uigiles mundi magnum, et uersatile templum
 Sol & luna suo lustrantes lumine circum
 Perdocuere homines annorum tempora uerti,
 Et certa ratione geri rem, atq; ordine certo.
 Iam ualidis sepi degebant turribus æuum,
 Et diuisa colebatur, discretaq; tellus.
 Tum mare ueliuolum florebat nauibus pandis,
 Auxilia, et socios iam pacto foedere habebant,
 Carminibus cum res gestas cœpère poetæ
 Tradere, nec multo prius sunt elementa reperta.
 Propterea, quid sit prius actum respicere ætus
 Nostra nequit, nisi qua ratio uestigia monstrat.
 Nauigia, atq; agriculturas, moenia, leges,
 Arma, uias, uestes, et cætera de genere horum
 Præmia, delicias quoq; uitæ funditus omnes,
 Carmina, picturas, et dædala signa polire
 Usus, & impigræ simul experientia mentis
 Paulatim docuit pedetentim progredientes.
 Sic ununquicquid paulatim protrahit ætas
 In medium, ratioq; in luminis eruit oras.
 Nanq; alid ex alio clarescere corde uidebant
 Artibus, ad summum donec uenêre cacumen.

. T . LVCRETII CARI DE
 RERVM NATVRA

LIBER

. V .

FINIT.

.T. LVCRETII CARI DE RERVM
NATVRA
LIBER SEXTVS.



Rimæ frugiferos factus mortalibus agris

Dediderunt quondam præclaro nomine athenæ,

Et recreauerunt uitam, legesq; rogauerunt,

Et primæ dederunt solatia dulcia uitæ,

Cum genuere uirum tali cum corde repertum,

Omnia ueridico qui quondam ex ore profudit.

Cuius & extincti propter diuina reperia

Diuulgata uetus iam ad cælum gloria fertur.

Nam cum uidit hic ad uictum quæ flagitat usus,

Omnia iam fermè mortalibus esse parata,

Et per quæ possent uitam consciscere tutam,

Diuitiis homines, et honore, et laude potentes

Affluere, atq; bona gnatorum excellere fama,

Nec minus esse domi cuiq; tamen anxia corda,

Atq; animi in gratis uitam uexare querelis

Plurima, quæ infestis cogunt seruire querelis,

Intellexit ibi uitium uas efficere ipsum,

Omniaq; illius uitio corrumpier intus,

Quæ collata foris, et commoda cunq; uenirent.

Partim q; fluxum, pertusumq; esse uidebat,

Vt nulla posset ratione explerier unq;

Partim q; retro quasi conspurcare sapore

Omnia cernebat, quæcunq; receperat intus.

Veridias igitur purgavit pectora dictis, DVJ . T.
 P Et finem statuit cupidinis, atq; timoris,
 Exposuitq; bonum summum, quo tendimus omnes,
 Quid foret, atq; uiam monstrauit limite prono,
 Qua possemus ad id recto contendere cursu,
 Quid ue mali foret in rebus mortalibus passim,
 Quod flueret naturali uiro, atq; ueniret,
 Seu casu, seu ui, q; sic natura parasset,
 Et quibus e portis occurrere cuiq; deceret,
 Et genus humanum frustra plerunq; probauit
 Voluere curarum tristis in pectore fluctus.
 Nam ueluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis
 In tenebris metuunt, sic nos in luce timemus
 Interdum, nihilo quæ sunt metuenda magis, q;
 Quæ pueri in tenebris pauitant, finguntq; futura.
 Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq; necesse est
 Non radii solis, nec lucida tela diei
 Discutiant, sed natura species, ratioq;
 Quo magis inceptum pergam pertexere dictis.
 Et quoniam docui mundi mortalia templa
 Esse, et natiuo consistere corpore cælum,
 Et quæcunq; in eo fiunt, fieriq; necesse est,
 Pleraq; dissolui, quæ restant percipe porro,
 Quandoquidem semel insignem conscendere curram
 Votorum exhortantur spes, atq; obuia rursus
 Quæ fuerant, sint pacato conuersa fauore.
 Cætera quæ fieri in terris, cæloq; tuentur
 Mortales, pauidis cum pendent mentibus sæpe,
 Efficiunt animos humileis formidine diuûm,
 Depressosq; premunt ad terram, propterea q;
 Ignorantia

Ignorantia causarum conferre deorum
 Cogit ad imperium res, et concedere regnum.
 Quorum operum causas nulla ratione uidere
 Possunt, ac fieri diuino numine rentur.
 Nam bene qui didicere deos secutum agere acuum,
 Si tamen interea mirantur, qua ratione
 Quaeque geri possint, praesertim rebus in illis,
 Quae supra caput aetherius aernuntur in oris,
 Rursus in antiquas referuntur religiones,
 Et dominos acris asciscunt, omnia posse
 Quos miseri credunt, ignari quid queat esse,
 Quid nequeat, finita potestas denique cuique
 Quae nam sit ratione, atque aliter terminus habens,
 Quo magis errantes tota ratione feruntur.
 Quae nisi respicis ex animo, longaeque remittis
 Dis indigna putare, alienaque pacis eorum,
 Delubra deum per te tibi numina sancta
 Saepe aderunt, non quae uiolari summa deum uis
 Possit, ut ex ira faenas petere imbibat acris.
 Sed quia tu te tibi placida cum pace quietos
 Constitues magnos irarum uolueris fluctus,
 Nec delubra deum placido cum pectore adibis,
 Nec de corpore quae sancto simulacra feruntur
 In mentes hominum diuinae nuntia formae,
 Suscipere haec animi tranquilla pace ualebis.
 Inde uidere licet, qualis iam uita sequatur,
 Quam quidem ut a nobis ratio uerissima longe
 Reuocat, quamque sunt a me multa profecta,
 Multa tamen restant, et sunt ornanda politis
 Versibus, et ratio superum, calique tenenda.

Sunt tempestates, et fulmina clara canenda,
 Quid faciant, et qua de causa cunq; ferantur,
 Ne trepides cæli diuisis partibus amens,
 Vnde uolans ignis peruenerit, aut in utram se
 Verterit hinc partem, quo pacto per loca septe
 Insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se,
 Quorum operum causas nulla ratione uidere
 Possunt, ac fieri diuino numine rentur.
 Tu mihi suprema præscripta, et candida callis
 Currenti spatium præmonstra callida musa
 Calliope, requies hominum, dis uimq; uoluptas,
 Te duce ut insigni capiam cum laude coronam.
 Principio tonitru quatiuntur cæcula cæli
 Propterea, quia concurrunt sublime uolantes
 Aetheriæ nubes contra pugnantibus uentis.
 Nec fit enim sonitus cæli de parte serena,
 Verum ubicunq; magis denso sunt agmine nubes,
 Tam magis hinc magno fremitus fit murmure sæpe.
 Præterea neq; tam condenso corpore nubes
 Esse queunt, q̄ sunt lapides, ac tigna, neq; autem
 Tam tenues, q̄ sunt nebula, fumiq; uolantes.
 Nam cadere aut bruto deberent pondere pressa,
 Ut lapides, aut ut fumus, constare nequirent.
 Nec cohibere niues gelidas, et grandinis imbres.
 Dant etiam sonitum patuli super æquora mundi,
 Carbasus ut quondam magnis intenta theatris
 Dat crepitum malos inter iactata, trabesq;
 Interdum persassa furit penulantibus auris,
 Et fragilis sonitus chartarum commeditatur.
 Id quoq; enim genus in tonitru cognoscere possis,

Aut ubi suspensam uestem, chartas, ue uolantis
 Verberibus uenti uersant, planguntq; per auras.
 Fit quoq; enim interdum, non tam concurrere nubes
 Frontibus aduersis possint, q̄ de latere ire
 Diuerso motu radentes corporis tractum,
 Aridus unde aureis terget sonus ille, diuq;
 Ducitur, exierit donec regionibus arctis.
 Hoc etiam pacto tonitru concussa uidentur
 Omnia saepe graui tremere, et diuulsa repente
 Maxima dissiluisse capaxis moenia mundi,
 Cum subito ualidi uenti collecta procella
 Nubibus intorsit sese, conclusaq; ibidem
 Turbine uersanti magis, ac magis undiq; nubem
 Cogit, uti fiat spisso caua corpore circum.
 Post ubi commouit uis eius, et impetus acri,
 Tum per terricrepo sonitu dat missa fragorem.
 Nec mirum, cum plena animae uessicula parua
 Sape ita dat pariter sonitum displosa repente.
 Est etiam ratio cum uenti nubila perflant,
 Ut sonitus faciant, etenim ramosa uidemus
 Nubila saepe modis multis, atq; aspera ferri.
 Scilicet ut crebram siluam cum flamina cauri
 Perflant, dant sonitum frondes, ramiq; fragorem.
 Fit quoq; ut interdum ualidi uis incita uenti
 Perscindat nubem perfringens impete recto,
 Nam quid possit ibi flatus, manifesta docet res.
 Hic ubi lenior est in terra, cum tamen alta
 Arbusta euoluens radicibus haurit ab imis.
 Sunt etiam fuctus per nubila, qui quasi murmur
 Dant infringendo grauiter, quod item fit in alis

Pluminibus, magnoq; mari cum frangitur aestu.
 Fit quoq; ubi è nube in nubem uis incidit ardens
 Fulminis, hac multo si forte humore recepit
 Ignem, continuo magno clamore trucidet.
 Ut calidis candens ferrum è fornacibus olim
 Stridit, ubi in gelidum propere demersimus imbrem.
 Aridior porro si nubes accipit ignem,
 Vritur ingenti sonitu succensa repente.
 Lauriamos ut si per montis flamma uagetur
 Turbine uentorum comburens impete magno.
 Nec res ulla magis, q̄ Phœbi delphicæ laurus
 Terribili sonitu flamma crepitante crematur.
 Deniq; sæpe geli multus fragor, atq; ruina
 Grandinis in magnis sonitum dat nubibus alte.
 Ventis enim cum confert, franguntur in arctum
 Concreti montes nimborum, et grandine missi.
 Fulgit item nubes, ignis cum semina multa
 Excussere suo concursu, ceu lapidem si
 Percutiat lapis, aut ferrum. nam tam quoq; lumen
 Exilit, et claras scintillas dissipat ignis.
 Sed tonitrum fit, uti post auribus accipiamus,
 Fulgere q̄ cernant oculi, quia semper ad aureis
 Tardius adueniunt, q̄ uisum quæ moueant res.
 Id licet hinc etiam cognoscere, cadere si quem
 Ancipiti uideas ferro procul arboris auctum,
 Ante fit, ut cernas ictum, q̄ plaga per aureis
 Det sonitum, sic fulgorem quoq; cernimus ante,
 Quam tonitrum accipimus, pariter qui mittitur ignis
 E simili causa concursu natus eodem.
 Hoc etiam pacto uolucry loca lumine tingunt

Nubes, et tremulo tempestas impete fulgit.
 Ventus ubi inuasit nubem, et uersatus ibidem
 Fecit ut ante cauam docui, spissescere nubem,
 Mobilitate sua feruescit, ut omnia motu
 Peralefacta uides ardescere, plumbea uero
 Glans etiam longo cursu uoluenda liquefit.
 Ergo feruidus hic nubem cum perscidit atram,
 Dissipat ardoris quasi per uim expressa repente
 Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ.
 Inde sonus sequitur, qui tardius allicit aureis,
 Quam quæ perueniunt oculorum ad limina nostra.
 Scilicet hoc densis fit nubibus, et simul alte
 Extractis aliis alias super impete miro.
 Nec tibi sit fraudi, quæ nos inferne uidemus,
 Quam sint lata magis, quæ sursum extracta, quæ d' extent.
 Contemplator enim cum montibus assimilata
 Nubila portabunt uenti transuersa per auras,
 Aut ubi per magnos montes cumulata uidebis
 Insuper esse aliis alia, atque urgere superna
 In statione locata sepultis undique uentis.
 Tum poteris magnas moles cognoscere eorum,
 Speluncasque uelut saxi pendentibus structas
 Cernere, quas uenti cum tempestate coorta
 Complerunt, magno indignantur murmure clausi
 Nubibus, in caueisque ferarum more minantes,
 Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt,
 Quærentesque uiam circumuersantur, et ignis
 Semina conuoluunt è nubibus, atque ita cogunt
 Multa, rotantque cauis flammam feracibus intus,
 Donec diuulsa fulserunt nube corusci.

Hac etiam fit, uti de causa mobilis ille
 Deuolet in terram liquidi calor aureus ignis.
 Semina ꝓ nubes ipsas permulta necesse est
 Ignis habere. etenim cum sunt humore sine ullo,
 Flammeus est plerunq; colos, et splendidus ollis.
 Quippe etenim solis de lumine multa necesse est
 Concipere, ut merito rubeant, ignesq; profundant.
 Has igitur cum uentus agens contrusit in unum,
 Compressitq; locum cogens, expressa profundunt
 Semina, quæ faciunt flammæ fulgere colores.
 Fulgit item, cum rarefcunt quoq; nubila cæli.
 Nam cum uentus eas leuiter diducit euntes,
 Dissoluitq; cadant ingratus illa necesse est
 Semina, quæ faciunt fulgorem, tum sine tetro
 Terrore, et sonitu fulgit nulloq; tumultu.
 Quod superest, ꝓ sic natura prædita constant
 Fulmina, declarant ictus, et mista uapore
 Signa, notæq; graues halantis sulfuris auras,
 Ignis enim sunt hæc, non uenti signa, neq; imbris.
 Præterea per se accendunt quoq; tecta domorum,
 Et æleri flamma dominantur in ædibus ipsis.
 Hunc tibi subtilem cumprimis ignibus ignem
 Constituit natura minutis, mobilibusq;
 Corporibus, cui nil omnino obsistere possit.
 Transit enim ualidum fulmen per septa domorum,
 Clamor uti uocis transit per saxa, per æra,
 Et liquidum puncti facit æs in tempore, et aurum.
 Curat item uasis intègris uina repente
 Diffugiant, quia nimirum facile omnia circum
 Collaxat, rareq; facit latera omnia uasis

Adueniens calor eius, ut insinuat in ipsum
 Mobiliter soluens, differt primordia uini.
 Quod solis uapor atatem non posse uidetur
 Efficere, usque adeo candens feruore coruscæ,
 Tanto mobilior, uis, et dominantior hæc est.
 Nunc ea quo facto gignantur, et impete tanto
 Fiant, ut possint ictu discludere turres,
 Disturbare domos. auellere ligna, trabesq;
 Et monumenta uirum demoliri, atq; cære,
 Exanimare homines pecudes prosternere possim.
 Cætera de genere hoc, qua ui facere omnia possunt
 Expediam, neq; te in promissis plura morabor.
 Fulmina gignier è crassis, alteq; putandum est
 Nubibus extractis. nam cælo nulla sereno,
 Nec leuiter densis mituntur nubibus unq;
 Nam dubio procul hoc fieri manifesta docet res,
 Quod tunc per totum concresecunt æra nubes
 Undiq; , uti tenebras omnes acheronta reamur
 Liquisse, et magnas cæli complecse cauernas.
 Usque adeo tetra nimborum nocte æorta
 Impendent atra formidinis ora superne,
 Cum commoliri tempestas fulmina captat.
 Præterea persæpe niger quoq; per mare nimbus,
 Ut picis è cælo demissum flumen, in undas
 Sic cadit, et ferur tenebris procul, et trahit atram
 Fulminibus grauidam tempestatem, atq; procellis,
 Ignibus, ac uentis cumprimis ipse repletus,
 In terra quoq; ut horrescant, ac tecta requirant.
 Sic igitur supra nostrum caput esse putandum est
 Tempestatem altam, neq; enim caligne tanta

Obruerent terras, nisi in aëdificata superne
 Multa forent multis exempto nubila sole.
 Nec tantos possent uenientes opprimere imbreis,
 Flumina abundare ut facerent, camposq; natare,
 Si non extractis foret alte nubibus aether.
 His igitur uentis, atq; ignibus omnia plena
 Sunt, ideo passim fremitus, et fulgura fiunt.
 Quippe etenim supra docui permulta uaporis
 Semina habere cauas nubes, et multa necesse est
 Concipere ex solis radiis, ardoreq; eorum.
 Hæc ubi uentus, eas idem qui cogit in unum
 Forte locum quemuis, expressit multa uaporis
 Semina, seq; simul cum eo commiscuit igni,
 Insinuatus ibi uortex uersatur in alto,
 Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.
 Nam duplici ratione accenditur ipse, sua cum
 Mobilitate calescit, et è contagibus ignis.
 Inde ubi percaluit uis uenti, uel grauis ignis
 Impetis incessit, maturum tum quasi fulmen
 Percindit subito nubem, ferturq; coruscis
 Omnia luminibus lustrans loca percitus ardor.
 Quem grauis insequitur sonitus, displosa repente
 Opprimere ut cæli uideantur templa superne,
 Inde tremor terras grauiter pertentat, et album
 Murmura percurreunt cælum. nam tota ferè tum
 Tempestas concussa tremit, fremitusq; mouentur.
 Quo de concussu sequitur grauis imber, et huber.
 Omnis uti uideatur in imbrem uertier aether.
 Atq; ita præcipitans ad diluuiem reuocare,
 Tætuus discidio nubis, uentiq; procella

Mittitur, ardenti sonitus cum prouolat ictu.
 Est etiam cum uis extrinsecus incita uenti
 Incidit in ualidam maturo fulmine nubem,
 Quam cum percipit, ex templo cadit igneus ille
 Vortex, quod patrio uocamus nomine fulmen,
 Hoc fit item in partibus alias, quocumque tulit uis.
 Fit quoque, ut interdum uenti uis missa sine igni,
 Ignescat tamen in spatio, longoque meatu,
 Dum uenit, amittens in cursu corpora quaedam
 Grandia, quae nequeunt pariter penetrare per auras,
 Atque alia ex ipso corradens aere portat
 Paruula, quae faciunt ignem ammissa uolando.
 Non alia longe ratione, ac plumbea saepe
 Feruida fit glans in cursu, cum multa rigoris
 Corpora dimittens ignem concepit in auris.
 Fit quoque, ut ipsius plagae uis exciit ignem,
 Frigida cum uenti pepulit uis missa sine igni,
 Nimirum, quia cum uehementi percipit ictu,
 Confluere ex ipso possunt elementa uaporis,
 Et simul ex illa, quae tum res exciit ictum,
 Ut lapidem ferro cum caedimus, euolat ignis.
 Nec quod frigida uis sit ferri, hoc secius illa
 Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.
 Sic igitur quoque res accendi fulmine debet,
 Opportuna fuit si forte, et idonea flammis.
 Nec temere omnino plane uis frigida uenti
 Esse potest, ex quo tanta uis immissa superne est;
 Quin prius in cursu si non accenditur igni,
 At reperta tamen ueniat ammissa calore,
 Mobilitas autem sit fulminis, et grauis ictus.

Ac celeri fermè pergunt sic fulmina lapsu
 Nubibus, ipsa quæ omnino prius incita se uis
 Colligit, et magnum conamen sumit eundi.
 Inde ubi non potuit nubes capere impetis auctum,
 Exprimitur uis, atque ideo uolat impete miro,
 Ut ualidis quæ de tormentis missa feruntur.
 Adde quæ è paruis, et leuibus est elementis,
 Nec facile est tali naturæ obsistere quicquid,
 Inter enim fugit, ac penetrat per operta uiarum.
 Non igitur multis offensibus in remorando
 Hæsitat, hanc ob rem celeri uolat impete labens.
 Deinde, quæ omnino natura pondera deorsum
 Omnia nituntur, cum plaga sit addita uero,
 Mobilitas duplicatur, et impetus ille grauescit,
 Ut uehementius, et citius quæcumque morantur
 Obuia discutiat plagis, itinerisque sequatur.
 Denique, quæ longo uenit impete, sumere debet
 Mobilitatem, etiam atque etiam quæ crescit eundo,
 Et ualidas auget uires, et roborat ictum.
 Nam facit, ut quæ sint illius semina cunctis,
 E regione locum quasi in unum cuncta ferantur,
 Omnia conuiciens in eum uoluentia cursum,
 Forsan et ex ipso ueniens trahat aere quædam
 Corpora, quæ plagis intendunt mobilitatem.
 Incolumisque uenit per res, atque integra transit
 Multa foraminibus liquidis, quia transuiat ignis,
 Multaque perfringit, cum corpora fulminis ipsa
 Corporibus rerum inciderint, quæ texta tenentur.
 Dissoluit porro facile æs, aurumque repente
 Conseruet facit, è paruis quia facta minuit

Corporibus uis est, et leuibus ex elementis,
 Quae facile insinuantur, et insinuata repente
 Dissoluunt nodos omnes, et uincla relaxant.
 Autumnoq; magis stellis fulgentibus aethra
 Concutitur caeli domus undiq; totaq; tellus,
 Et cum tempora se ueris florentia pandunt.
 Frigore enim desunt ignes, uentiq; calore
 Deficiunt, neq; sunt tam denso corpore nubes.
 Inter utrasq; igitur cum caeli tempora constant,
 Tum uariae causae concurrunt fulminis omnes.
 Namq; frit ipse anni permiscet frigus, et aestum.
 Quorum utruq; opus est fabricanda ad fulmina nobis,
 Ut discordia sit rerum, magnoq; tumultu
 Ignibus, et uentis furibundus fluctuet aer.
 Prima caloris enim pars, et postrema rigoris,
 Tempus adest uernum. quare pugnare necesse est
 Dissimileis inter se res, turbataeque mistas,
 Et calor extremus primo cum frigore mistus
 Voluitur, autumnum cum fertur nomine tempus.
 Hic quoq; confligunt hyemes aetatibus acres.
 Propterea sunt haec bella anni nominanda.
 Nec mirum si in eo iam tempore plurima sunt
 Fulmina, tempestasq; cietur turbida caelo,
 Anapiti quoniam bello turbatur utrinq;
 Hinc flammis, illinc uentis, humoreq; misto.
 Hoc est igniferi naturam fulminis ipsam
 Perspicere, et qua ui faciat rem quanq; uidere,
 Non tyrrhena retro uoluentem carmina frustra
 Iudicia occultae diuum perquirere mentis,
 Vnde uolans ignis peruenerit, aut in utram se

Verterit hic partem, quo pacto per loca septa
 Insinuarit, et hinc dominatus ut extulerit se,
 Quid'ue nocere queat de caelo fulminis ictus.
 Quod si iupiter, atq; alii fulgentia diui
 Terrifico quatiunt sonitu caelestia templa,
 Et iaciunt ignes, quo cuiq; est cunq; uoluptas,
 Cur quibus incautum scelus auersabile cunq; est,
 Non faciunt icti flammis ut fulguris halent
 Pectore perfixo documen mortalibus acre?
 Et potius nulla sibi turpi conscius in re
 Voluitur in flammis innoxius, inq; peditur
 Turbine caelesti subito correptus, et igni.
 Cur etiam loca sola petunt, frustra q; laborant?
 An tum brachia consuescunt, firmantq; lacertos?
 In terra q; patris cur telum perpetiuntur
 Obtundi? cur ipse finit? neq; parcat in hostes?
 Deniq; cur nunq; caelo iacit undiq; puro
 Iupiter in terras fulmen, sonitusq; profundit?
 An simulac nubes successere, ipse in aësum
 Descendit prope ut hinc teli determinet ictus?
 In mare qua porro mittit ratione? quid undas
 Arguit, et liquidam molem, camposq; natantis?
 Praeterea, scui ut caueamus fulminis ictum,
 Cur dubitat scire, ut possimus cernere missum?
 Si nec opinantes autem uult opprimere igni,
 Cur tonat ex illa parte, ut uitare queamus?
 Cur tenebras ante, et fremitus, et murmura concit?
 Et simul in multas partes qui credere possis
 Mittere? an hoc ausis nunq; contendere factum,
 Ut fierent ictus uno sub tempore plures?

At saepe est numero factum, fieriq; necesse est,
 Ut plueret in multis regionibus, et cadere imbreis,
 Fulmina sic uno fieri sub tempore multa.
 Postremo, cur sancta deum delubra, suasq;
 Discutit infesto praeclaras fulmine sedes?
 Et benefacta deum frangit simulacra? suisq;
 Demit imaginibus uiolento uulnere honorem?
 Altaq; cur plerunq; petit loca? plurima quae plus
 Montibus in summis ue stigma cernimus ignis.
 Quod superest, facile est ex his cognoscere rebus,
 Presteras graui quos ab re nominatarunt,
 In mare qua missi ueniant ratione superne.
 Nam fit, ut interdum tanq; demissa columna
 In mare de caelo descendat, quam freta circum
 Feruescunt graui ter spirantibus incita flabris,
 Et quaecunq; in eorum sunt depraesa tumultu
 Nauiga, in summum ueniunt uexata periculum.
 Hoc fit, ubi interdum non quit uis incita uenti
 Rumpere quam coepit nubem, sed deprimat, ut sit
 In mare de caelo tanq; demissa columna
 Paulatim, quasi quid pugno, brachisq; superne
 Coniectu trudatur, et extendatur in undas.
 Quam cum discidit, hinc prorumpitur in mare uenti
 Vis, et feruorem mirum concinnat in undis.
 Versabundus enim turbo descendit, et illam
 Deducit pariter lento cum corpore nubem.
 Quam simulac grauidam detrudat ad aquora ponti,
 Ille in aquam subito totum se immittit, et omne
 Excitat ingenti sonitu mare, feruere cogens.
 Fit quoq; ut inuoluat uentis e nubibus ipse

Vortex corradens ex aere semina nubes,
 Et quasi demissum calo prestera imitatur,
 Hic ubi se in terras demisit, dissoluitq;
 Turbinis immanem uim prouomit, atq; procella.
 Sed quia fit raro omnino, montisq; neasse est
 Officere in terris, apparet crebrius idem
 Prospectu maris in magno, caloq; patenti.
 Nubila concresecunt, ubi corpora multa uolando
 Hoc super in cali spatio coere repente
 Asperiora, modis quae possint indupedita
 Exiguis tamen inter se compressa teneri.
 Haec faciunt primum paruas consistere nubes,
 Inde ea comprandunt inter se, atq; gregantur,
 Et coniungendo crescunt, uentisq; feruntur
 Usque adeo, donec tempestas saeva coorta est.
 Fit quoq; uti montis uicina cacumina calo
 Quam sint quaeq; magis, tanto magis edita sument
 Assidue fulua nubis caligine crassa.
 Propterea quia cum consistunt nubila primum,
 Ante uidere oculi q; possint tenuia, uenti
 Portantes cogunt ad summa cacumina montis.
 Hinc demum fit, uti turba maiore coorta,
 Et condensata arcte apparere, et simul ipso
 Vertice de montis uideatur surgere in aethram.
 Nam loca declarat sursum uentos a parere
 Res ipsa ad sensum, montis cum ascendimus altos.
 Praeterea, permulta mari quoq; tollere toto
 Corpora naturam declarant litore uestes
 Suspensae, cum concipiunt humoris adhaesum.
 Quo magis ad nubes augendas multa uidentur

Possē quoq; è salso consurgere momine ponti.
 Nam ratio tum segnis abest humoribus omnis.
 Præterea, fluuiis ex omnibus, et simul ipsa
 Surgere de terra nebulas, æstumq; uidemus,
 Quæ uelut halitus hinc ita sursum expressa feruntur,
 Suffunduntq; sua cælum caligine, et altis
 Sufficiunt nubecis paulatim conueniundo,
 Utget enim quoq; signiferi super ætheris æstus,
 Et quasi densendo subrexit cærulea nimbis.
 Fit quoq; ut hunc ueniant in cœtum extrinsecus illa
 Corpora, quæ faciunt nubes, nimbosq; uolantes.
 Innumerabilem enim numerum, summamq; profundi
 Esse infinitam docui, quantaq; uolarent
 Corpora mobilitate ostendi, quantq; repente
 Immemorable per spatium transire solerent.
 Haud igitur mirum est, si paruo tempore sæpe
 Tam magnos montes tempestas, atq; tenebræ
 Cooperiant maria, ac terras impensa superne
 Undiq; quandoquidem per caulas ætheris omnes,
 Et quasi permagni circum spiracula mundi
 Exitus, introitusq; elementis redditus extat.
 Nunc age, quo pacto pluuius concreseat in altis
 Nubibus humor, et in terras dimissus ut imber
 Decadat, expediam. primum iam semina aquarum
 Multa simul uinam consurgere nubibus ipsis
 Omnibus ex rebus, pariterq; ita crescere utrunq;
 Et nubes, et aquam, quæcunq; in nubibus extat,
 Ut pariter nobis corpus cum sanguine crescat,
 Sudor item, atq; humor quicunq; est deniq; membris.
 Concipiunt etiam multum quoq; sæpe marinum

LIB.

Humorem, ueluti pendentia uellera lanae,
 Cum supra magnum uenti mare nubila portant.
 Consimili ratione ex omnibus annibus humor
 Tollitur in nubes, quo cum bene semina aquarum
 Multa modis multis conueniêre undiq; adaucta,
 Conferta nubes ui uenti mittere cœtant
 Dupliciter, nam uis uenti contrudit, et ipsa
 Copia nimborum turba maiore cœcta
 Urget, et è supero premit, ac facit effluere imbreis.
 Præterea cum rarefcunt quoq; nubila uentis,
 Aut dissoluuntur solis super icta calore,
 Mittunt humorem pluuium stillando, quasi igni
 Cera super calido tabescens multa liquefcant.
 Sed uehemens imber fit, ubi uehementer utrinq;
 Nubila ui cumulata premuntur, et impete uenti.
 At retinere diu pluuia, longumq; morari
 Consuerunt, ubi multa fuerunt semina aquarum,
 Atq; aliis alia nubes, nimbisq; rigentes,
 Insuper atq; omni uulgo de parte feruntur,
 Terraq; cum fumans humorem tota rehalat.
 Hic ubi sol radiis tempestatem inter opacam
 Aduersa fulsit nimborum aspergine contra,
 Tum calor in nigris existit nubibus arqui,
 Cætera quæ sursum crescunt, sursumq; creantur,
 Et quæ concrefcunt in nubibus omnia, proorsum
 Sicuti nix, uenti grando, gelidæq; pruinae,
 Et uis magna geli, magnum duramen aquarum,
 Et mora, quæ fluuios passim refrenat aquanteis.
 Perfacile est cuncta hæc referire, animosq; uidere,
 Omnia quo pacto fiant, quare' ue creentur,
 Cum bene

Cum bene cognoris elementis reddita quæ sint.
 Nunc age, quæ ratio terrai motibus exiit
 Percipe, et imprimis terram fac esse rearis
 Subter item, ut supra est, uentis, atq; undiq; plenam
 Speluncis, multosq; lacus, multasq; lacinas
 In gremio gerere, et rupes, deruptaq; saxa,
 Multaq; sub tergo terrai flumina tecta
 Voluere ui fluctus, submersaq; saxa putandum est.
 Vndiq; enim similem esse sui, res postulat ipsa.
 His igitur rebus subiunctis, suppositisq;
 Terra superne tremat magnis concussa ruinis
 Subter, ubi ingentis speluncas subruit atas.
 Quippe cadunt toti montes, magnoq; repente
 Concussu late discerpunt inde tremores,
 Et merito, quoniam plaustris concussa tremiscunt
 Tecta uiam propter non magno pondere tota.
 Nec minus exultant, ubi currus cunq; equitum ui
 Ferratos utrinq; rotarum succutit orbis.
 Fit quoq; ubi in magnas aq; uastasq; lacunas
 Gleba uetustate è terra prouoluitur ingens,
 Ut iactentur aquæ, fluctu quoq; terra uacillet,
 Ut uas in terra non quit constare, nisi humor
 Destitit in dubio fluctu iactarier intus.
 Præterea uentus cum per loca subaua terra
 Collectus parti ex una procumbit, et urget
 Obnixus magnis speluncas uiribus altas,
 Incumbit tellus, quo uenti prona premit uis.
 Tum supra terram quæ sunt extructa domorum,
 Ad cælumq; magis quanto sunt edita quæq;
 Inclina:z minant in eandem prodita partem,

Protractæq; trabes impudent ire paratæ .
 Et metuunt magni naturam credere mundi
 Exitiale aliquod tempus , clademq; manere,
 Cum uideant tantam terrarum incumbere molem.
 Quod nisi respirent uenti, non ulla refrenet
 Res, neq; ab exitio possit deprædere euntis .
 Nunc quia respirant alternis , inq; grauescunt,
 Et quasi collecti redeunt, ceduntq; repulsi,
 Sæpius hanc ob rem minuitur terra ruinas,
 Quam facit, inclinatur enim, retroq; recollit,
 Et recipit prolapsa suas in pondere sedes .
 Hac igitur ratione uacillant omnia tecta ,
 Summa magis mediis, media imis , ima perhilum .
 Est hæc eiusdem quoq; magni causa tremoris,
 Ventus ubi, atq; animæ subito uis maxima quædam ,
 Aut extrinsecus, aut ipsa ab illure æorta
 In loca se caua terræ coniecit, ibiq;
 Speluncas inter magnas fremitante tumultu,
 Versabundoq; portatur, post incita cum uis
 Exagitata foras erumpitur, et simul altam
 Diffidens terram magnum concinnat hiatus .
 In syria Sidone quod accidit, et fuit Aegis
 In peloponneso, qua exitus hic animæ
 Disturbauit res, et terræ motus abortus.
 Multaq; præterea ceciderunt moenia magnis
 Motibus in terris, et multæ per mare pessum
 Subsedere suis pariter cum caibus urbes .
 Quod nisi prorumpit, tamen impetus ipse animæ,
 Et fera uis uenti per crebra foramina terræ
 Dispertitur, ut horror, et incutit inde tremorem .

Frigus uti nostros p̄nitus cum uenit in aëris,
 Concutit inuitos cogens tremere, atq; mouere.
 Anapiti trepidant igitur terrore per urbes,
 Tecta superne timent, metunt inferne caueñas
 Terrarum ne dissoluat natura repente,
 Neu distracta suum late dispandat hiatus,
 Idq; suis confusa uelut complere ruinis.
 Pr̄inde licet quanuis calum, terramq; teantur
 Incorrupta fore aeternæ mandata saluti,
 Attamen interdum præsens uis ipsa pericli
 Subditat hunc stimulum quadam de parte timoris,
 Ne pedibus raptim tellus subtracta feratur
 In barathrum, rerumq; sequatur prodita summa
 Iunditus, et fiat mundi confusa ruina.
 Nunc ratio reddenda, augmen cur nesciat æquor.
 Principio, mare mirantur non reddere maius
 Naturam, quò sit tantus decursus aquarum,
 Omnia quò ueniant ex omni flumina parte.
 Adde uagos imbreis, tempestatesq; ualentes
 Omnia quæ maria, ac terras sparguntq; rigentiq;
 Adde suos fontes. tamen ad muris omnia summam
 Guttai uix instat erunt unius ad augmen.
 Quo minus est mirum, mare non augete magnum.
 Præterea magnam sol partem detrahit æstu,
 Quippe uidemus enim uestes humore madentis
 Exicare suis radiis ardentibus solem.
 At pelage multa, et late substrata uidemus.
 Pr̄inde licet quanuis ex unoquoq; loco sol
 Humoris paruam delibet ab æquore partem,
 Largiter in tanto spatio tamen auferet undis.

Tum porro uenti magnam quoq; tollere partem
 Humoris possunt, uerrentes æquora ponti,
 Vna nocte uias quoniam persæpe uidemus
 Siccari, mollisq; lutu concreta re crustas.
 Præterea, docui multum quoq; tollere nubis
 Humorem magno conceptum ex æquore ponti,
 Et passim toto terrarum spargere in orbi,
 Cum pluit in terris, et uenti nubila portant.
 Postremo, quoniam raro cum corpore tellus
 Est, et aniuincta est oras maris undiq; cingens,
 Debet, ut in mare de terris uenit humor aquai,
 In terras itidem manare ex æquore salso.
 Percolatur enim uirus, retroq; remanet
 Materies humoris, et ad caput amnibus omnis
 Confluit, inde super terras redit agminedula,
 Qua uia secta semel liquido pede detulit undas.
 Nunc ratio quæ sit, per fauces montis ut atnæ
 Expirent ignes interdum turbine tanto
 Expediam. neq; enim media de glande uorta
 Flammæ tempestas, sicut ùm dominata per agros
 Finitimis ad se conuertit gentibus ora,
 Fumida cum cali scintillare omnia templa
 Cernentes pauida complebant pectora cura,
 Quid moliretur rerum natura nouarum.
 Hisce tibi in rebus late est, altèq; uidentum,
 Et longe cunctas in partibus dispiciendum,
 Ut reminiscaris summam rerum esse profundam,
 Et uideas cælum summam totius unum,
 Quam sit paruula pars, et q̄ multesima consiet.
 Nec sit pars homo terrarū quota totius unus,

Quod bene proposuim si planè contredire,
 Ac uideas planè mirari multa relinquo.
 Nunquis enim nostrum miratur, si quis in artus
 Accipit calido febrim feruore coortam?
 Aut alium quemuis morbi per membra dolorem?
 Obturgescit enim subito pes, arripit acer
 Sæpe dolor dentes, oculosq; inuadit in ipsos.
 Existit sacer ignis, et urit corpore serpens
 Quancunq; arripuit partem, repitq; per artus,
 Nimirum, quia sunt multarum semina rerum,
 Et satis hæc tellus nobis, calumq; mali fert,
 Vnde queat uis immensi procrescere morbi.
 Sic igitur toti cælo, terræq; putandum est
 Ex infinito satis omnia suppeditari,
 Vnde repente queat tellus concussa moueri,
 Perq; mare, ac terras rapidus percurrere turbo,
 Ignis abundare ætæus, flammescere calum,
 Id quoq; enim fit, et ardescunt cælestia templa.
 Et tempestates pluuiæ grauiore coortu
 Sunt, ubi forte ita se tenuerunt semina aquarum.
 At nimis est ingens incendii turbidus ardor,
 Scilicet et fluuius qui uisus maximus eii,
 Qui non ante aliquem maiorem uidit, et ingens
 Arbor, homoq; uidetur; et omnia de genere omni,
 Maxima quæ uidit quisq; hæc ingentia fingit.
 Cum tamen omnia cum cælo, terræq; mariq;
 Nil sint ad summam summa totius omnem.
 Nunc tamen illa modis quibus irritata repente
 Flamma foras uastis ætææ fornacibus efflet
 Expediam. primum, totius subcaua montis

Est natura ferè silicium suffulta cauernis .
 Omnibus est porro in speluncis uentus, et aer .
 Ventus enim fit, ubi est agitando percussus aer .
 Hic ubi perculuit, calsecitq; omnia circum
 Saxa furens, qua contingit, terramq; , et ab ollis
 Excussit calidum flammis uelocibus ignem,
 Tollit se, ac rectis ita faucibus eicit alte ,
 Funditq; ardorem longe, longeq; fauillam
 Differt, et crassa uoluit caligine fumum ,
 Extruditq; simul mirando pondere saxa,
 Ne dubites, quin hæc animai turbida sit uis .
 Præterea, magna ex parti mare montis ad eius
 Radices frangit fluctus, æstumq; resorbet ,
 Ex hoc usq; mari speluncæ montis ad altas
 Perueniunt subter fauceis . hæc ire fatendum est,
 Et penetrare mare, et penitus se cogier arcto ,
 Atq; efflare foras, ideoq; extollere flammæ,
 Saxaq; subiectare, et arena tollere nimbos .
 In summo sunt uertice item cratères, ut ipsi
 Nominitant, nos quas fauceis perhibemus, et ora .
 Sunt aliquot quoq; res, quarum unam dicere causam
 Non satis est, uerum plureis, unde una tamen sit .
 Corpus ut exanimum, si quod procul ipse iacere
 Conspicias hominis, sit ut omneis dicere causas
 Conueniat leui, dicatur ut illius una,
 Nam neq; eum ferro, nec frigore uincere possis
 Interiisse, neq; à morbo, neq; forte ueneno ,
 Verum esse ex genere hoc aliquid, quod contio credat,
 Scimus . item in multis hoc rebus dicere habemus .
 Nilus in æstatem crescit, campisq; redundat .

Vnicus in terris ægypti totius amnis,
 Is rigat ægyptum medium persæpe calorem.
 Aut quia sunt æstate aquilones ostia contra,
 Anni tempore eo, qui etesiæ esse feruntur,
 Et contra fluiuium flantes remorantur, et undas
 Cogentes sursus replent, æguntq; manere.
 Nam dubio procul hæc aduerso flabra feruntur
 Flumine, quæ gelidis à stellis axis æguntur.
 Ille ex æstifera parti uenit amnis ab ausuro
 Inter nigra uirum peræcto sæcla colore
 Exoriens penitus media ab regione dici.
 Est quoq; uti possit magnus ængrstus arena
 Fluctibus aduersis oppilare ostia contra,
 Cum mare permotum uentis ruit intus arenam.
 Quo fit uti pacto liber minus exitus amni,
 Et procliuis item fiat minus impetus undis.
 Fit quoq; uti pluuiæ forsân magis ad caput eius
 Tempore eo fiant, q; etesiæ flabra aquilonum
 Nubila conuiciunt in eas tunc omnia partes.
 Scilicet ad mediam regionem eiecta dici
 Cum conuenerunt, ibi ad altos deniq; montes
 Contrusæ nubes æguntur, uiq; premuntur.
 Forsitan æthiopum penitus de montibus altis
 Crescat, ubi in campos albas decedere ningues
 Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.
 Nunc age, auerna tibi quæ sint loca cunq; lacusq;
 Expediam quali natura prædita consistent.
 Principio, q; auerna uocantur, nomen id ab re
 Impositum est, quia sunt auib; contraria cunctis,
 E regione ea q; loca cum uenêre uolantes,

Remigii oblita pennarum uela remittunt,
 Praecipitesq; cadunt molli ceruice profusa
 In terram, si forte ita fert natura locorum,
 Aut in aquam, si forte lacus subiectus auerni.
 Is locus est cumas apud, etruscos et monteis,
 Oppleti calidis ubi fumant fontibus aucti.
 Est et athenæis in mœnibus arcis in ipso
 Vertice, palladis ad templum tritonidos alma,
 Quò nunq; pennis appellant corpora rauca
 Cornices, non cum fumant altaria donis,
 Usque adeo fugitant non iras palladis acres
 Peruigili causa, gratiùm ut cecinere poeta,
 Sed natura locis opus efficit ipsa suapte.
 In syria quoq; fertur item locus esse, uolantes,
 Quadrupedes quoq; quo simulac uestigia primum
 Intulerint, grauitèr uis cogit concidere ipsa,
 Manibus ut si sint diuis mactata repente,
 Omnia quæ naturali ratione geruntur,
 Et quibus è causis fiant, apparet origo.
 Ianua'ne porius orci regionibus esse
 Credatur postea, hinc animas acherontis in oras
 Ducere forte deos maneis inferna reamur,
 Naribus alipedes ut cerui saepe putantur
 Ducere de latebris serpentia sæcla ferarum.
 Quod procul à uera q; sit ratione repulsum
 Percipe, nanq; ipsa de re nunc dicere conor.
 Principio, hoc dico, quod dixi saepe quoq; ante,
 In terra cuiusq; modi rerum esse figuras,
 Multa cibos, quæ sunt uitalia. multaq; morbos
 Incutere, et mortem quæ possint accelerare,

Et magis esse aliis alias animantibus aptas
 Res ad uitai rationem ostendimus ante,
 Propter dissimilem naturam, dissimileisq;
 Texturas inter sese, primasq; figuras.
 Multa meant inimica per aureis, multa per ipsas
 Insinuant nareis infesta, atq; aspera tactu.
 Nec sunt multa parum tactu uitanda, neq; autem
 Aspectu fugienda, saporeq; tristitia quae sint.
 Deinde uidere licet, q̄ multa sint homini res
 Acriter infesto sensu, spurcaeq;, grauesq;.

Arboribus primum certis grauis umbra tributa,
 Usque adeo, capitis faciant ut saepe dolores,
 Siquis eas subter iacuit prostratus in herbis.
 Est etiam magnis heliconis montibus arbor
 Floris odore hominem tetra consueta necare.
 Salicet haec ideo terris ex omnia surgunt
 Multa modis multis multarum semina rerum,
 Quod permista gerit tellus, discretaq; tradit.
 Nocturnumq; recens extinctum lumen, ubi acris
 Nidore offendit nares, consopit ibidem,
 Concidere ut pronos qui morbus mittere senuit,
 Castoreoq; graui mulier sopita recum'it,
 Et manibus nitidum teneris opus effluit eii,
 Tempore eo si odorata est quo menstrua soluit.
 Multaq; fracturae languentia membra per artus
 Soluunt, atq; animam labefactant sedibus intus.
 Deniq; si calidus etiam cum te releuaris,
 Plenior efflueris solio feruentis aquae,
 Quam facile in medio fit, uti des saepe ruinas?
 Carbonumq; grauis uis, atq; odor insinuat.

consopit Consideret
 ita ut consopit, ut
 ibidem concidant, qua
 Si conuenit morbo comi-
 tali. CONSOPIT con-
 sopiendo cogit.

Quā facile in cerebrum, nisi aquam præcepimus ante.
 At cum membra domans percepit feruida seruis,
 Tum fit odor uini plaga mactabilis instar.
 Non'ne uides etiam terra quoq; sulphur in ipsa
 Gignier? et tetra concrefcere odore bitumen?
 Deniq; ubi argenti uenas, auriq; sequuntur,
 Terrai penitus scrutantes abdita ferro,
 Qualeis expiret scaptensula subter odores?
 Quid'ue mali fit, ut exhalent aurata metalla?
 Quas hominum reddunt facies? qualesq; colores?
 Non'ne uides, audis'ue perire in tempore paruo
 Quam soleant? et q̄ uitai copia defit,
 Quos opere in tali cohibet uis magna uacare?
 Hos igitur tellus omneis exæstuat æstus,
 Expiratq; foras in aperta, promptiq; cæli.
 Sic et auerna loca alitibus summittere debent
 Mortiferam uim, de terra qua surgit in auras,
 Ut spatium cæli quadam de parte uenenet.
 Quò simulac primum pennis delata sit ales,
 Impediatur ibi cæco correpta ueneno,
 Ut cadat è regione loci qua dirigit æstus,
 Quò cum corruit, hic eadem uis illius æstus
 Reliquias uitæ membris ex omnibus aufert.
 Quippe etenim primo quasi quendam conciet æstum,
 Posteriùs fit, uti cum iam accidere ueneni
 In fontis ipsos, ibi sit quoq; uitæ uoenda,
 Propterea q̄ magna mali sit copia circum.
 Fit quoq; ut interdum uis hæc, atq; æstus auerni
 Aera, qui inter auis cunq; est, terramq; locatus,
 Discutiat, propè uti locus hinc linguatur inanis,

Cuius ubi è regimine loci uenère uolantes
 Claudicat extemplo pennarum nisus inanis.
 Et conamen utrinq; alarum producit omne,
 Hic ubi nixari nequeunt, insisterèq; alis,
 Scilicet in terram delabi pondere cogit
 Natura, et uacuum propè iam per inane iacentes
 Dispergunt animas per aëulas corporis omneis.
 Frigidior porro in puteis astate fit humor,
 Arescit quia terra calore, et semina siqua
 Forte uaporis habet, proferè dimittit in auras.
 Quo magis est igitur tellus effœta calore,
 Fit quoq; frigidior, qui in terra est abditus humor,
 Frigore cum premitur porro omnis terra, cœtq;
 Et quasi concrefcit, fit scilicet in cœuando
 Exprimat in puteos si quem gerit ipsa calorem.
 Est apud Hammonis sanum fons luce diurna
 Frigidus, at calidus nocturno tempore feruit.
 Hunc homines fontem nimis admirantur, et acri
 Sole putant subter terras feruescere partem,
 Nox ubi terribili terras caligine texit,
 Quod nimis à uera est longe ratione remotum.
 Quippe ubi sol uelum contrectans corpus aquai,
 Non quierit calidum supera de reddere partem,
 Cum superum lumen tanto feruore fruatur,
 Qui queat hic subter tam crassæ corporis terram
 Percoquere humorem, et calido sociare uapore?
 Præsertim cum uix possit per septa domorum
 Insinuare suum radiis ardentibus æstus.
 Quæ ratio est igitur? nimirum terra magis q̄
 Pura tenet circum fontem, q̄ cætera tellus.

Multaq; sunt ignis prope semina corpus aquai.
 Hinc ubi roriferis terram nox obruit umbris,
 Exemplo subitus frigescat terra, coitq;
 Hac ratione fit, ut tanq̄ compressa manu sit,
 Exprimat in fontem, quæ semina cunq; habet ignis,
 Quæ calidum faciunt laticis tactum usq; uapore.
 Inde ubi sol radiis terram dimouit obortus,
 Et rarefecit calido miscente uapore,
 Rursus in antiquas redeunt primordia sedes
 Ignis, et in terram ædit calor omnis aquai,
 Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
 Præterea solis radiis iactatur aquai
 Humor, et in lucem tremulo rarescit ab æstu,
 Propterea fit, uti quæ semina cunq; habet ignis,
 Demittat, cum sæpe gelum, quod continet in se
 Mutat, et exoluit glaciem, uenasq; relaxat.
 Frigidus est etiam fons, supra quem sita sæpe
 Stupa iacit flammæ concepto protinus igni.
 Tædæq; consimili ratione accensa per undas
 Collûrt, quocunq; natans impellitur auris,
 Nimirum, quia sunt in aqua permulta uaporis
 Semina, de terraq; necesse est funditus ipsa
 Ignis corpora per totum consurgere fontem,
 Et simul expirare foras, exireq; in auras,
 Non tam uiua tamen, calidus queat ut fieri fons.
 Præterea, dispersa foras erumpere cogit
 Vis per aquam subito, sursumq; ea conciliare,
 Quod genus inde mari spirat fons dulcis aquat,
 Qui scatit, et salsas circum se dimouet undas.
 Et multis aliis præbet regionibus æquor

Utilitatem opportunam scientibus nautis,
 Quod dulcis inter salvas interuomit undas.
 Sic igitur per eum possunt erumpere fontem,
 Et scire illa foras in stupam semina, quæ cum
 Conueniunt, aut in tæda cum corpora adherent,
 Ardescunt facile examplo quia multa quocq; in se
 Semina habent ignis stupæ tædæq; tenentis.
 Non ne uides etiam nocturna ad lumina linum
 Nuper ubi extinctum admoueas, accendier ante,
 Quam atigit flammam: tædamq; pari ratione:
 Multaq; præ tæda, prius ipso tacta uapore
 Eminus ardescunt, q̄ comminus imbuat ignis.
 Hoc igitur fieri quoq; in illo fonte putandum est.
 Quod superest, agere incipiam. quo scdere fiat
 Natura, lapis hic ut ferrum ducere possit,
 Quem magnêta uocant patrio de nomine graii,
 Magnêtum quia sit patriis in finibus ortus,
 Hunc homines lapidem mirantur, quippe cæcæ
 Sæpe ex anellis reddit pendentibus ex se,
 Quinq; etenim licet interdum, pluresq; uidere
 Ordine demisso leuibus iactarier auris,
 Vnus ubi ex uno defendet subter adherens,
 Ex aliq; alius lapidis uim, uinclaq; noscit,
 Usque adeo permanenter uis p̄rualet eius.
 Hoc genus in rebus firmandum est multa prius, q̄
 Ipsius rei rationem reddere possis,
 Et nimium longis ambagibus est adeundum,
 Quo magis attentas aureis, animumq; reposito.
 Principio, omnibus ab rebus quascunq; uidemus
 Perpetuo fluere, ac mitti, spargiq; necesse est

Corpora, quæ feriant oculos, uisumq; lacessant,
 Perpetuoq; fluunt ætatis ab rebus odores.
 Frigus ut à fluuuiis, calor à sole, æstus ab undis
 Aequoris exesormætorum litora propter,
 Nec uarii cessant sonitus manare per auras.
 Deniq; in os salsi uenit humor sæpe saporis,
 Cum mare uersamur propter, dilutaq; contra
 Cum tuimur misceri absinthia, tangit amaror.
 Usque adeo omnibus ab rebus res quæq; fluenter
 Fertur, et in cunctas dimittitur undiq; partes,
 Nec mora, nec requies interdatur ulla fluendi,
 Perpetuo quoniam sentimus, et omnia semper
 Cernere, odorari licet, et sentire sonorem.
 Nunc omnes repetam, q̄ raro corpore sint res,
 Commemorare, quod in primo quoq; carmine claret.
 Quippe etenim, quanq̄ multas hoc pertinet ad res
 Noscere, cum primis hanc ad rem protinus ipsam
 Qua de differere aggredior, firmare necesse est,
 Nil esse in promptu, nisi mislum corpus inani.
 Principio sit, ut in speluncis saxa superba
 Sudent humore, et guttis manantibus stillent.
 Manat item nobis è toto corpore sudor,
 Crescat barba piliq; per omnia membra, per artus
 Diditur in uenas abus omneis, auget, alitq;
 Corporis extremas quoq; partes, unguiculosq;
 Frigus item transire per æs, calidumq; uaporem
 Sentimus, sentimus item transire per aurum,
 Atq; per argentum, cum pocula plena tenemus.
 Deniq; per dissepta domorum saxea uoces
 Peruolitant, permanat odor, frigusq; uaporq;

Ignis, quin ferri quoq; uim penetrare sicut.
 Deniq; qua circum corpus lorica cœret,
 Morbida uisq; simul cum excusseris, insinuatur.
 Et tempestatem terra, caloq; coortans
 In cælum, terrasq; timet, circumq; faciscit,
 Quandoquidem nihil est, nisi raro corpore nexum.
 Huc accedit, uti non omnia quæ iaciuntur
 Corpora cunq; ab rebus eodem prædita sensu,
 Atq; eodem pacto rebus sint omnibus apta.
 Principio, terram sol excoquit, et facit are,
 At glaciem dissoluit, et altis montibus altas,
 Extructasq; niues radiis tabescere cogit.
 Deniq; æra liquefat in eius postea uapore.
 Ignis item liquidum facit æs, aurumq; resoluit,
 At coria, et carnem trahit, et concludit in unum.
 Humor aquæ porro ferrum condurat ab igni,
 At coria, et carnem mollit durata calore.
 Barbigeras oleaster, eo uiuat usq; capellas,
 Effluat ambrosia quasi uero, et nectare tinctus,
 Qua nihil est homini, quod amarum frondeat æq;
 Deniq; amaracium fugat sus, et timet omne
 Unguentum, nam setigeris subus acre uenenum est,
 Quod nos interdum tanq; recreare uidentur.
 At cœni nobis contra teterrima cum sit
 Spurcities, eadem subus hæc iucunda uidentur,
 Insatiabiliter toti ut uoluantur ibidem.
 Hoc etiam superest, ipsa q; dicere de re
 Aggredior, quod dicendum prius esse uidentur.
 Multa foramina cum uariis sint reddita rebus,
 Dissimili inter se natura prædita debent

LIB.

Esse, et habere suam naturam quæq; uiasq;
 Quippe etenim uariū sensus animantibus insunt,
 Quorum quisq; suam proprie rem percipit in se.
 Nam penetrare aliō sonitus, aliōq; saporem
 Cernimus è succis, aliō nidoris odores,
 Salicet id fieri cogit natura uiarum
 Multimodis uarians, ut paulo ostendimus ante,
 Propter dissimilem naturam, textaq; rerum.
 Præterea manare aliud per saxa uidentur,
 Atq; aliud tignis, aliud transire per aurum,
 Argentōq; foras aliud, uitroq; meare.
 Nam fluere hac species, illac calor ire uidentur,
 Atq; aliis aliud citius transmittere eadem.
 Salicet id fieri cogit natura uiarum
 Multimodis uarians, ut paulo ostendimus ante.
 Quapropter bene ubi hæc confirmata, atq; locata
 Omnia constiterint nobis præposita, parata,
 Quod superest, facile hinc ratio reddetur, et omnis
 Causa patet, et quæ ferri pelliciat uim.
 Principio, fluere è lapide hoc permulta necesse est
 Semina, siue æstum, qui discutit æra plagis,
 Inter qui lapidem, ferrumq; est cunq; locatus.
 Hoc ubi inanditur spatium, multusq; uacuit
 In medio locus, ex templo primordia ferri
 In uacuum prolapsa cadant coniuncta, fit ut quæ
 Anulus ipse sequatur, eatq; ita corpore toto,
 Nec res ulla magis primoribus ex elementis
 Indupedita suis arte connexa coheret,
 Quam ualidi ferri natura frigidus horror.
 Quo minus est mirum, quod dicitur, ex elementis
 Corpora

Corpora si nequeunt de ferro plura coorta
 In uacuum ferri, quin anulus ipse sequatur,
 Quod facit, et sequitur donec peruenit ad ipsum
 Iam lapidem, cæcisq; in eo compagibus hæsit.
 Hoc fit item cunctas in partes, unde uacfit
 Cunq; locus, siue ex transuerso, siue superne
 Corpora continuo in uacuum uicina feruntur.
 Quæpe agitantur enim plagis aliunde, nec ipsa
 Sponte sua sursum possunt consurgere in auras.
 Huc accedit item, quare queat id magis esse,
 Hæc quoq; res adiumento, motuq; iuuatur,
 Quod simulac fronte est anelli rarior aer
 Factus, inanitusq; locus magis, ac uacuatus,
 Continuo fit, uti qui post est cunq; locatus
 Aer, à tergo quasi prouehat, atq; propellat.
 Semper enim circum positus res uerberat aer.
 Sed tali fit uti propellat tempore ferrum,
 Parte q; ex una spatium uacat, et capit in se,
 Hic ubi quem memoro, per crebra foramina ferri
 Pronas ad partes subtiliter insinuatus
 Trudit, et impellit quasi nauim, uelaq; uentis.
 Deniq; res omnes debent in corpore habere
 Aera, quandoquidem raro sunt corpore, et aer
 Omnibus est rebus circumdatus, appositusq;.
 Hic igitur penitus, qui in ferro est abditus aer,
 Sollicito motu semper iactatur, eoq;
 Verberat anellum dubio procul, et ciet intus
 Scilicet, atq; eodem fertur, quò præcipitauit
 Iam semel, et uacua in partem conamina sumi fit.
 Fit quoq; ut à lapide hoc ferri natura recedat,

Interdum fugere, atq; sequi consueti uicissim,
 Exultare etiam samothracia ferrea uidi,
 Et ramenta simul ferri fute re intus ahenis
 In scaphiis, lapis hic magnes cum subditus esset,
 Vsq; adeo fugere à saxo gestire uidentur,
 Aere interposito discordia tanta creatur.
 Propterea, quia nimirum prius æstus ubi æris
 Percipit, ferriq; uias possedit apertas,
 Posterior lapidis uenit æstus, et omnia plena
 Inuenit in ferro, neq; habet qua tranet, ut ante.
 Cognitur offensare igitur, pulsareq; fluctu
 Ferrea texta suo, quo pacto respuit ab se,
 Atq; per æs agitat sine eo, quod sæpe resorbet.
 Illud in his rebus mirari mitre, q; æstus
 Non ualet è lapide hoc alias impellere item res.
 Pondere enim fretæ partim stant, quod genus aurum,
 Ac partim raro quia sunt cum corpore, ut æstus
 Peruolet intactus, nequeunt impellier usq;
 Lignea materies in quo genere esse uidetur.
 Inter utrasq; igitur ferri natura locata
 Aeris ubi accipit quædam corpuscula, tum fit
 Impellant, ut eam magnesia flamine saxa.
 Nec tamen hæc ita sunt aliarum rerum aliena,
 Ut mihi multa parum genere ex hoc suppeditentur,
 Quæ memorare queam inter se singula raptæ.
 Saxa uides primum solo ualescere calcis
 Glutine, materies si arena iungitur unâ,
 Ut uitio uenæ tabularum sæpius hiscant,
 Quam laxare queant compages taurea uincla.
 Vitigeni laticis in aquai fontibus audent

Miseri, cum fix nequeat grauis, et leue oliuum,
 Purpureusq; color anchili iungitur unda.
 Corpore cum lana, dirimi qui non queat usq;.

Non si neptuni fluctus renouare operam det,
 Non mare si totum uelit eluere omnibus undis.

Deniq; res auro argentum copulat unda,
 Aeraq; nec plumbo fit, uti iungatur ab albo.

Caetera iam q; multa licet reperire, quid ergo?
 Nec tibi tam longis opus est ambagibus usq;.

Nec me tam multam hic operam consumere par est.
 Sed breuiter paucis restat comprehendere multa,

Quorum ita textura ceciderunt mutua cuncta,
 Ut caua conueniunt plenis, haec illius, illa

Huius, quae inter se iunctura q; optima constat.
 Est etiam, quasi ut anellis, hamisq; plicata

Inter se quaedam possint compacta teneri,
 Quod magis in lapide hoc fieri, ferroq; uidetur.

Nunc, ratio quae sit morbis, aut unde repente
 Mortiferam possit cladem conflare coorta.

Morbida uis hominum generi, pecudumq; ceteruis
 Expediam. primum multarum semina rerum

Esse supra docui, quae sint uitalia nobis,
 Et contra, quae sint morbo, mortiq; . necesse est

Multa uolare ea. cum casu sunt forte coorta,
 Et perturbarunt caelum, fit morbidus aer.

Atq; ea uis omnis morborum, pestilitasq;,
 Aut extrinsecus, ut nubes, nebulaq; superne

Per caelum ueniunt, aut ipsa saepe coorta
 De terra surgunt, ubi putorem humida nacta est,

Intempestiuus pluuiisq;, et solibus icta.

Non'ne uides etiam cæli nouitate, et aquarum
 Tentari procul à patria quicunq; domos
 Adueniunt? ideo quia longe discrepant res.
 Nanq; britannis quid cælum differre putamus?
 Et quod in ægypto est, qua mundi claudicat axis?
 Quid'ue quod in ponto est differre, et gadibus, atq;
 Vsq; ad nigra uirum percocto sacra colore?
 Quæ cum quatuor inter se diuersa uidemus,
 Quattuor à uentis, et cæli partibus esse.
 Tum color, et facies hominum distare uidentur
 Largiter, et morbi generatim sacra tenere.
 Est elephas morbus, qui propter flumina nili
 Gignitur ægypto in media, neq; præterea usq;
 Attide tentantur gressus, oculiq; in achæis
 Finibus, inde aliis alius locus est inimicus
 Partibus, ac membris, uariis concinnat id aer.
 Pròinde ubi se cælum, quod nobis forte alienum,
 Commouet, atq; aer inimicus serpere cepit,
 Ut nebula, ac nubes paulatim repit, et omne
 Qua graditur, conturbat, et immutare coaptat.
 It quoq; ut in nostrum cum uenit deniq; cælum,
 Corrumpat, reddatq; sui simile aq; alienum.
 Hæc igitur subito clades noua, pestilitasq;
 Aut in aquas cadit, aut fruges perdidit in ipsas,
 Aut alios hominum in pastus, pecudumq; cibatus,
 Aut etiam suspensa manet uis aere in ipso.
 Et cum spirantes mistas hinc ducimus auras,
 Illa quoq; in corpus pariter sorbere necesse est.
 Consimili ratione uenit bubus quoq; sæpe
 Pestilitas, etiam pecudum balatibus ægris.

Nec refert utrum nos in loca deueniamus
 Nobis diuersa, et cæli mutemus amictum,
 An cælum nobis naturam intro corruptum
 Deferat, aut aliquid quo non consueuimus uti,
 Quod nos aduentu possit tentare recenti.
 Hæc ratio quondam morborum, et mortifer æstus
 Finibus in cæcropis funestos reddidit agros,
 Vastauitq; uias, exhaustit quibus urbem.
 Nam penitus ueniens ægypti finibus ortus,
 Aera permensus multum, camposq; natantis,
 Incubuit tandem populo Pandionis, omnes
 Vnde cateruatum morbo, mortiq; dabantur.
 Principio caput incensum feruore gerebant,
 Et duplices oculos suffusa luce rubentis.
 Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
 Sanguine, et ulceribus uocis uia septa coibat,
 Atq; animi interpres manabat lingua cruore
 Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.
 Inde ubi per faucis pectus complebat, et ipsum
 Morbida uis in cor mæstum confluxerat ægris,
 Omnia tum uero uitæ claustra lababant.
 Spiritus ore foras tetrum uoluebat odorem,
 Rancida quo ferolent proiecta caduera rith.
 Atq; animi prorsum uires tetius, et omne
 Languibat corpus leti iam limine in ipso.
 Intolerabilibusq; malis erat anxius angor
 Assidue æmes, et gemitu ammissa querela.
 Singultusq; frequens noctem persape, diemq;
 Corripere assidue neruos, et membra coarctans
 Dissoluebat epos defessos anse fatigans.

Nec nimio cuiq̄ posses ardore tueri
 Corporis in summo summam feruescere partem,
 Sed potius tepidum manibus proponere tactum;
 Et simul ulcēribus quasi inustis omne rubere.
 Corpus, ut est, per membra sacer cum diditur ignis.
 Intima pars hominum uero flagrat ad ossa.
 Flagrat stomacho flamma, ut fornacibus intus.
 Nil adeo positis cuiq̄ leue, tenuēq; membris.
 Verteret utilitatem ad uentum, et frigora semper.
 Multi præcipites lymphis putealibus alte,
 In fluuios partim gelidos ardentia morbo
 Membra dabant, nudum iacentes corpus in undas.
 Inciderunt ipso uenientes ore patente,
 In sedabiliter sitis arida corpora mersans
 Aequabat multum paruis humoribus imbrem.
 Nec requies erat ulla mali, defessa iaciebant
 Corpora, mussabat tacito medicina timore,
 Quippe patientia cum toties ardentia morbis
 Lumina uersarent oculorum expertia somno.
 Multaq; præterea mortis tum signa dabantur.
 Perturbati animi, mens in mœtore, mœuq;
 Triste supercilium, furiosus uultus et acer,
 Sollicitæ porro, plenæq; sonoris aures,
 Creber spiritus aut ingens, raroq; coortus,
 Sudorisq; madens per collum splendidus humor,
 Tenuia sputa, minuta, croci contacta colore,
 Salsaq; per faucis rauca uix edita tussi.
 In manibus uero nerui trahere, et tremere artus,
 A pedibusq; minutatim succedere frigus.
 Non dubitabat item ad supremum deniq; tempus,

Compressæ nates, nasi primoris acumen
 Tenue, cauari oculi, caua tempora, frigida pellis,
 Duraq; in ore iacens rectum frons tenta meabat,
 Nec nimio rigida, prostrati morte iacebant,
 Ocfauoq; ferè candenti lumine solis,
 Aut etiam nona reddebant lampade uitam,
 Quorum si quis (ut est) uitatæ finera leti
 Visceribus tetris, et nigra proluuie alui,
 Posterius tamen hunc tabes, letumq; manebat,
 Aut etiam multus capitis cum sæpe dolore
 Corruptus sanguis expletis naribus ibat,
 Huc hominis totæ uires, corpusq; fluebant.
 Profluuium porro cui tetri sanguinis acre
 Exierat, tamen in neruos huic morbus, et artus
 Ibat, et in partes genitales corporis ipsas,
 Et graui ter partim metuentes limina leti
 Viuebant ferro priuati parte uirili,
 Et manibus sine nonnulli, pedibusq; manebant
 In uita tamen, et perdebant lumina partim,
 Vsq; adeo mortis metus his incusserat acer:
 Atq; etiam quosdam corpè re obliuia rerum
 Cunctarum, neq; se possent cognoscere ut ipsi.
 Multaq; humi cum inhumata iacerent corpora supra
 Corporibus, tamen alitum genus, atq; ferarum
 Aut procul absiliebat, ne acrem exciret odorem,
 Aut ubi gustarat, languebat morte propinqua.
 Nec tamen omnino temere illis sedibus ulla
 Comparebat auis, nec fortia sæcla ferarum
 Exhibant siluis, languebant pleraq; morbo,
 Et moriebantur, cum primis fida ænum uis

Strata uis animam ponebat in omnibus ægram.
 Extorquebat enim uitam uis morbida membris.
 Incomitata rapi certabant funera uasta.
 Nec ratio remedi communis certa dabatur.
 Nam quod ali dederat uitaleis æris uitas
 Voluere in ore licere, et cæli templa mæri,
 Hoc aliis erat exitio, letumq; parabat.
 Illud in his rebus miserandum magnopere unum
 Aerumnabile erat, qd ubi se quisq; uidebat
 Implicium morbo, morti damnatus ut esset,
 Deficiens animo mæsto cum corde iacebat,
 Funera respectans, animam et mittebat ibidem.
 Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci
 Ex aliis alios auidi contagia morbi
 Idq; uel inprimis cumulabat funere funus.
 Nam quicumq; suis fugabant (ut fit) ab ægris,
 Vitæ nimium cupidos, mortisq; timentes
 Pœnitent, et paulpost turpi morte, malaq;
 Desertos, opis expertes, incuria ma: fat,
 Lanigeras tanq; pecudes, et buccera sacra.
 Qui fuerant autem præsto, contagibus ibant,
 Atq; labore, pudor quem nun cogebat obire,
 Blandaq; lassorum uox mista uoce querela.
 Optimus hoc leti genus ergo quisq; subibat.
 Inq; aliis alium populum sepelire suorum
 Certantes lachrymis lassi, luctuq; redibant.
 Inde bona ex partu in lectum mærore dabantur,
 Nec poterat quisq; reperiri, quem neq; morbus,
 Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.
 Præterea iam pastor, et armentarius omnis,

Et robustus item curui moderator aratri
 Languabant; penitusq; caesa contrusa iacebant
 Corpora, paupertate et morbo dedita morti.
 Exanimis pueris super exanimata parentum
 Corpora nonnunq; posses, retroq; uidere
 Matribus, et patribus natos super edere uitam.
 Nec minima pars ex agris mœroris in urbem
 Confluxit, languens quem contulit agricolarum
 Copia, conueniens ex omni morbida parti.
 Omnia complebat loca tectis, quo magis æstu
 Confertos ita æruatim mors accumulabat.
 Multa siti prostrata uiam fer, proq; uoluta
 Corpora sic amneis ad aquarum strata iacebant
 Interclusa anima nimia dulcedine aquarum.
 Multaq; per populi passim loca prompta, uiasq;
 Languida semianimo cum corpore membra uideres
 Horrida pedore, et pannis cooperta perire
 Corporis illuue, pellis super ossibus una,
 Visceribus atris propè iam, sordetq; sepultis.
 Omnia deniq; sancta deûm delubra replebat
 Corporibus mors exanimis, onerataq; passim
 Cuncta cadaueribus caelestium templa manebant,
 Hospitibus loca quæ complebant ædificantes.
 Nec iam relligio diuûm, nec numina magni
 Pendebant. etenim præsens dolor exuperabat.
 Nec mos ille sepultura remanebat in urbe,
 Ut pius hic populus semper consuerat humari.
 Perturbatus enim totus repedabat, et unus
 Quisq; suum pro re consortem mœstus humabat.
 Multaq; uis subita, et paupertas horrida suasit,

Nanq; suos consanguineos aliena rogorum,
Insuper extracta ingenti clamore locabant,
Subdebantq; faces multo cum sanguine saepe
Rixantes potius, q̄ corpora desererentur.

. T. LVCRETII CARI
DE
RERVM NATVRA
LIBER
VLTIMVS
FI
VNIT

PETRVS CANDIDVS
STVDIOSIS

. S .

Ne cui forte addicti impendio cuiuspiam iuras
ne uideamur in uerba magistri, ista quoq; ex
nultis, quæ sicuti haud sanè maximo opere
probamus, ita ne repudiamus quidem, imprimenda hic
in calce ex uaria poematis huius lectione censuimus.
Vos nobilium scriptorum auditores (ut Flacæ uerbis
utar) ultoresq; , per acri singula censura boni consulen
tes expendite . ipsi nempe, quæ ex ingenti oblata nobis
silua potissimū delegimus, magnos salient, quod in fron
te præfati sumus, secuti authores, suis ea passim repo
nenda locis, nulli prorsus expungendi interdicta, proq; s
arbitrio alia sustinendi (quod illi bene uertit) facul
tate, curauimus.

EX LIBRO PRIMO.

Legere est in exemplaribus nonnullis .

Placuitq; nitet diffuso numine cælum .
Te sequitur cupide, quò quanq; inducere pergis .
Refficit, æterno deuinctus uulnere amoris .
Atq; ita suspirans tereti ceruice reposta .
Quod superest uacuas mihi quæso Memmius aureis
Semotus curis adhibe ueram ad rationem .
Primum gnarus homo mortaleis tollere contra .
Atheniensemq; Eficurū aq; accipito , cuius et deinceps
singulis propemodū uoluntibus meminit . Graui tamen

uerbo peculiariter Lucretius, frequenterq; utitur. Nā
et arca initium libri tertii scriptum est. Te sequor ò
graiæ gentis decus. Et alibi, graiū acinēte poeta.
et, Harmoniam graiū quam dicunt, et, graiorum obscu
ra referta. Prestētas graiū, et, quande grauis graios
inter. et itm alia.

Quantum sit ratione, atq; alte terminus hærens.

libro tamen sexto. quam sit ratione, scriptum est.

Quod patrio princeps donaret nomine regem.

Princeps hoc loco pro prima accipitur à plerisq; quem
admodum. P. Vergilio contra, Prima quod ad Troiā
pro aris gesserat argis, pro eo quod est princeps, usur
patan est. Significatur, autem his uerbis, q; regis esset
filia Iphigenia.

Quò neq; perueniant anima, neq; corpora nostra.

Lachrymas effūdere falsas. Salsas plerisq; probatur.

Et rerum naturam exponere dictis. Alii agnoscunt,
expromere.

E' nihilo gigni diuinitus usq;.

Vites autumnno fundi sudante uidemus. Vuas Pontanus
agnoscit, et suadente. Quæ quidem duæ uocæs, neutiq;
nobis improbantur.

Nil igitur fieri de nilo posse. De nihilo scribendum, uel
illo Maroniano exemplo, siuuiorum rex Eridanus.

Dissidium parere, agnoscit Marullus. Sicuti mox disci
dio redeūt, et in sequentibus haud timere aliter, à uer
bo scindo. alii dissidium legunt, et, dissidio.

Deducit uenus, et deductum dædalæ tellus.

Redducit magis probo Horatii autoritate ex Epodo,
deus hæc forasse benigna redducet in sedem uicæ.

præterq̄ q̄ assipulatur Priscianus.

Vnde mare: ingenti fontis: externaq̄ longe.

Haud igitur possunt ad nilum quæq̄ reuerti.

ad nihilum agnoscimus. eritq̄ anapæstus, ut supra in

nihilo. Vis deberet dissoluere quæq̄: quenq̄ agnoscit

Marullus, et ad contextum utiq̄; refertur.

Stragemq̄ ministrant.

Deniq̄ fluctuago suspensæ in litore uestes

Vuescunt, eadem dispansæ in sole ferescunt.

Stilicidii casus lapidem cauat.

Vnde in initium primum capiat res quæq̄. Initium agno-

scit Marullus extrito uidelicet i in scansione. ut alibi

in uerbis sterilia et oriundi.

Is porro quanuis circum densantibus auris.

Multaq̄; præterea tibi possum commemorando

Argumenta quidem dictis contradere nostris.

Sic aliud ex alio. Sunt qui aliud agnoscunt, extrita. s.

ut supra, uoxali in uerbo initiū. Marullus tamen legit

aliud. Sicuti Catullo ali scriptum est, pro alii. quod ante

illum libro sexto ipse idem scilicet Lucretius.

Quod quasi tertia sit rerum natura reperta.

Corporis augebit numerum, summamq̄; sequetur.

alibi, corporum augebit.

Ne forte hæc per se cogant nos cuncta fateri. alii

contra fateri. Marullus esse, agnoscit.

Et si difficile esse uidentur fors ita quicq̄.

Sed quia rara tamen ratio, naturaq̄; rerum.

Tum porro si nil eisset, quod inane uaxret.

Ex infinito iam tempore res reparare

Huc accedit, et quæ sequuntur. Non te prætereant flu=

diōse lector Marulli nos hoc loco ordinē, atq; itē alibi
in pelriſq; ubi immutatū quid offenderis, ſecutos eſſe.
Quē profecto, ſi ad aſſum rem quanq; examinabis,
neutiq; (ſic opinor) repudiaueris.

Corporibus, tamen ex aeterno tempore quaeq;

Quae nondum pereant ullo tentata periculo.

Quande grauis grauos inter. quande pro q̄ ueteribus
uſurpatum ē. Liuius Andronicus. Muro magis fretus,
quande manus impetu.

Languidior porro diſiectis, ſeq; paratis.

Sed quia multa ſibi cernant contraria ineſſe.

Nil ab ſe quod poſſit mittere raptum.

Quidam r̄atim agnoſcunt. Marullus, natum.

Ignis in coetus ſtringi, maſſareq; corpus.

Atq; alio attribui, mutariq; ordine quaedam,

Alio pro alii poſitum. Sunt qui alia legunt.

Præterea rei quae corpora mittere poſſit.

Rei ubiq; ſcriptit̄at Marullus, et item eii. In quis dein
ſcandendo coeunt binæ uocales in unam. e, q̄ interibi po
ſitione producit̄ur.

Dicere porro ignem res omnes eſſe, neq; ullam

Rem ueram in numero rerum conſtare, niſi ignis

Quam facit, hoc idem per delirum eſſe uidetur.

Anguſtiq; fretu. Priſcianus agnoſcat, priſcō. ſ. more,
qui t̄m proſus exoleuerat, pro fretu.

Talia conſtituunt, quae nos natua uidemus.

De numero nequid, quod contra pugnet, et obſtet.

Alibi uero ſic.

Diminuat nequid, quod contra pugnet, et obſtet.

Umbribus et tabi. Priſcianus tabe agnoſcat libro. vii.

*Autum, et è terris terram concrefcere paruis.
Igri ignem, exiguis humorem humoribus esse.*

Alibi sic.

*Ignem ex ignibus, humorem ex humoribus esse.
Errare aq; illis, supra quos diximus ante.*

Alibi uero.

*Errare, atq; illis iungi, quos diximus ante.
Ignis? an humor? an aura? qd horu sanguinis ad nos?
Ignis? an humor? an aura? qd horu sanguis ὁμοίως?
Ex oculis nostris aliqua ui uicta perire.
At neq; recidere ad nihilum res posse.
Dispertita, et in terram latitare minute. uel.
Dispertitæ, ac in terris latitare minute.
Donec fulserunt flamma fulgore cæorto.
Hac ratione tibi percunt primordia rerum.*

Sunt qui deesse hoc loco uersus nonnullos putent.

Vnde prius nulli uelarunt tempora musæ.

Contingunt mellis dulci, flauoq; liquore.

*Supra etiam dixerat. Musæo cōtingens cuncta lepore,
mox quoq; dicturus. Musæo dulci contingere melle.
Varianda tamen aliq̄do fuerat oratio. Itaq; aspirant
legere est apud Quintilianum libro tertio. Seu maui
aspergunt. Id quod in Fabii unico exemplari, licet non
admodum uetusto, offendimus. Qua quidem uoce et
infra utitur Lucretius. Reperuntur autem uersus libro
quarto.*

Siquis percurrat ad oras.

Effugiumq; fugæ protelet copia semper.

prolatet tamen, et latinum est, et usurpatur in primis.

Et quæ pondera sunt sub terris, omnia sursum

Niter, in terramq; retro reuiesse reposta.
Animalia cuncta uagari. Alibi uero
Animalia suapte uagari.
Nam quacunq; prius de partu tempora deesse.
Ita res accedent lumina rebus.

EX LIBRO SECVNDO.

Suaue mari magno turbantibus æquora uentis.
Desiderari in huius uoluminis in: tio uersus aliquot, ex
uetusissimo exemplari Georgius. Ille Valla deprachen
disse se gloriari est solitus.
Non quia uexari quenquam sit dulcè uidere,
Deditur hoc æui, quodcunq; est. non ne uidetis.
Nec citharas reboant laqueata.
Fèruere cum uideas belli simulacra cientes
Subsidis magnis Epicuri constabilitas.
Marullus carmen hoc expungit. Nam illud, ornatas
armis statuas, stantesq; animatas, procul dubio subdi
tium est.

Quia quæ decedunt corpora cuiq;.
Tantopere humanis rationibus, ac moderate
Constituisse deos cōfingunt. omnibus rebus.
Naturam mundi, quæ hæc sint prædita culpa.
Alibi uero.

Naturam mundi, quæ hæc sint prædita culpa.
Nam quo magis ursumus alium.
Et magna uel multi pressimus ægre.
Sol etiam summo de uertice dissipat omnes.
Ponderibus propriis incerto tempore ferme.

Tantum,

Tantum, quod minimum mutationem dicere possis.

Deniq; si semper motus contingeret omnis

Fatis auulsa uoluntas?

Ut uideas initium motus. Initium agnoscit Marullus,
ut supra in primo libro.

Donec eam refrenauit per membra uoluntas.

Retroq; residit. At in uentis, residet.

Cernere iam nequeas motus, qua serpere debent.

Lanigera raptant pecudes. Spatio diducta locorum.

Blandeq; chroniscant. Seu mauiis croniscant.

Aere renitescat tellus.

Tramittunt ualido. Itidemq; alibi traluat, traferitur,
trauiat. trauolat. traspiciuntur, et traspsectum.

Atq; herbae rore uirentes.

Noster hic è lignis ortus, tædaq; creatus.

Forde contorquent ora sapore.

Omnis enim sensus quæ multat causa, iuuat ue.

Est. è leuibus, atq; rotundis admista uolare

Corpora, nec tamen hæc retinere hamata, nec sum.

Concharum recta colore.

Æuum debebunt sparsa per omnem. et rursum li. iiii.

Non modo non omnem possit durare per æuum.

at ibi quidē nonnulla cogit necessitas. Græcis tamen

uirili est genere. οὐδὲν γὰρ.

Affidue renouent, habet ignes, unde orientur.

In numerumq; exultant sanguine freti.

Malis manderet adeptus.

Quæ bene, et exigue quanuis diff. fe.

Et Bacchi numine abuti.

Deniq; multa uides, quibus et color, et sapor una

Religione animum turpi contingere pacto
Reddita sunt cum odore in primis pleraque dona.

Alii agnoscunt:

Quoquo contingere pacto. Sunt et qui deesse hoc loco
uersus nonnullos autument.

Mulgarum uero cum sint primordia rerum:

Quaedam ratio determinat omnes.

Ex ineunte æuo nullo coniuncta colore,

mox tamen, sentimus inquiet tincta colore.

Omnis enim color omnino mutatur in omni.

Defieri hic uersus aliquot. Sunt qui contendant.

Et nardi florem, nectar qui naribus halat.

Naturam, nullam quæ mittat naribus auram.

Illud in his igitur rebus meminisse decet

Non ex omnibus omnino quæcunq; creant res.

Sensilia, ex templo me gigni dicere sensus.

Alibi autem.

Sensile, et ex templo me gigni dicere sensus,

Inque suos quicquid rursus reuocare meatus.

Quid genus humanum proprium de quibus auctum est.

Hic quoque deesse uersus plures. Sunt qui uelint.

Id rursus cæli rellatum templa receptant. alibi, delatum.

Et capiant sensus, et puncto tempore reddant. Ipse

temporis agnosco, ut pluribus iam aliis locis. extrito

scilicet S. ut in illo. Q. Ennii uersiculo.

Qui mox emittat pictis è fauibus currus.

Et latere ex utraque, infraque, supraque per omne. Alibi,

infraque, superque per omne.

Tandem uerunt ea, quæ coniecta repente. alibi,

Tandem uerunt ea.

Visq; eadem, et natura mouet.
Quæ placidum degunt æuam, uitamq; serenam.
Quæ magnum iaculando contudit omne.
Corpora distribuuntur; et ad sua semina cedunt.
Deniq; ad extremum crescendi perficere finem.

citatur Nonio carmen. Desideratur tamen adhuc non
nihil à doctioribus.
Cibus omnis diditur, & dum.
Iamq; adeo fracta est ætas, effœtaq; tellus.

EX LIBRO TERTIO. A

In saltibus omnia libant.
Cana cadens uiolat, semper sine nubibus æther.
Effugisse uolunt longe, longeq; remosse.
Ex alia letamur parte latenti.
Cum corpora parua caloris.
Et tantillo momine flutat.
Propterea, neq; detractum de pondere quicq;
Non enim ut humor aquæ dimittit saepe uaporem.
Desipit, extentat neruos. in alio, disipit.
Neq; de fluere hilum.
Suis è partibus opputrescat. Nonius obbrutescat
agnoscit.

Salicet auulsus radicibus.
Aut pedibus, manibus'ue, sed imis.
De totis artibus esse.
Permista cade cadentis: alibi cadentum, Calentis
agnoscit Marullus.
Nam si tantopere animi est uitiata potestas.

Disperititur enim per atulas corporis omnes .
Vnde cadauera iam reticentia uiuere uermes .

Alibi uero .

Vnde cadauere rancanti iam uiuere uermes .

Deniq; concubia ad Veneris .

Expergi quo possit uis animai .

Vitalibus ab rebus mutata tenetur .

Nec si materiam nostri collegerit .

Nec desiderium nostri nos attingit ullum .

Longe ab sentiferis primordia motibus .

Aufer abhinc lachrymas barathro .

Iure increpet, inciletq;. De quo uerbo nõ nihil Nonius .

Cedit enim rerum nouitati .

Prõinde ac famul improbus esset .

Postq̃ natiua uetustas .

Exortus uti aerius sol .

Pertesum est , subitoq; reuertat .

Effugere haud potis est , inuitus adhæret, et odit .

Tempore de mortis, nec delibrare ualemus .

EX LIBRO QVARTO .

Quibus non est tractata, ideoq; .

Possẽ , dum perspicis omnem .

Ac præsentis utilitatem .

Quo fuerint , solitam et formæ seruare figuram .

Expirant, acris panacæ .

Longo spatio ut breuis aura feratur .

Certis ab rebus odores . Rursus et in . vi .

Exesor mærorum . Repetitur uersus libro sexto .

Mayo quoq; Aggeribus mærorum, ut Seruius sen-
tire uideatur, scriptum reliquit in decimo in
Cernere, odorari licet, et sentire sonare. At tu bone
lector, quæ super hisce uersibus latius notata infra
sunt nobis in sexto pellege.

Sed magis unuersum, fieriq; perinde uidemus.

Alibi uero.

Sed magis inuorsum: atq; alibi, introrsum.

Ipse etenim duplici, geminoq;.

Allidat palo' ue, trabi' ue.

In speculum tralucet imago.

Cum permensa suo sunt calum corpore claro

Donec in obscurum conuulsit aquamen.

Remorium recta est, et recta superne gubernata.

Vt possis sentire, neq; illam.

Transire potest, simulacra remittant.

Vitri species, quæ transfuchit omnis.

Alibi uero, trauiat omnis.

At simulacra uis de rectis.

Premere, ac siccare cepessit. Alibi uero,

Premere, exicareq; cepit.

Vt quod alis cibus est, aliis fuit.

Quo pacto nareis adiectus odoris

Mellis apes quauis longe

Igni collabefacta.

liber datur in remeando.

Quoniam penetrant per texta, cientq;

Cerberetasq; canum facies.

Præterea, meminisse iacet, languetq; sopore.

Inde statim prior hæc

Quous est tempore in omni
Locis in quisq; parata?
Hæc ubi prima perit.
Inde statim prior hæc.
Præterq; quibus est in rebus de ditus ipse?
Surarum, ac femorum
Ac resinguit, ut ignis.
Atq; gubernaculum contorquet qualibet unum.
Multaq; per trocleas. Troclearum sanè pluribus locis
meminit Vitruuius.
Possit, ut exigui cæcæ consurgere flamma.
Aut etiã conchis, aut callo, aut cortice rectæ.
Deliquias tamen esse uias.
Exterruitur et ex somno. Sic agnoscutur cuidam minime
inerudito.
Tum quibus ætatis frit. Hæc est Marulliana lectio.
rursusq; item in sexto. Nanq; frit ipse anni. Est autem
frit in summa iam matura spica id, quod minus est, q̄
granum. Nonnulli hic legunt freta. sicuti in sexto fre
tus. quæ mihi uoces neutiq; probantur.
Nanq; homines plerunq; cadunt.
Vnde urimur ictu.
Hinc illam prius ueneris dulcedinis in cor.
Nanq; si abest, quod ames.
Osculaq; affligunt. Quemadmodum, s. dicitur
et infligunt.
Vnde illa hæc germina surgunt,
Quod fieri contra totum natura repugnat.
Quæ uento spes rapta est saepe misella
Tandem ubi se eripuit neruis.
Interdum in pallam, in silitas, et iantina uerunt.

LATINE ISTA SIC LEGUNTOR: ^{zibonis}
QVAE HIC SVBIE ^{zibonis}
CIMVS ^{ordibon}

Nigra, Melanchrus est: immunda et foetida, A *cosmos*.
Cassia, Palladium. neuosa et lignea, Dorcas.
Paruula, Pumilio, charitonia tota, merum sal.
Magna atq; immanis, Cataplexis, plenaq; honoris.
Balba loqui non quit, Traulizi. muta, Pudens est.
At flagrans, odiosa, loquacula, Lampadium fit.
Ischnus, Eromanion tum fit, cum uiuere non quit.
Prae macie, Rhadine: Vetto est, iam mortua tussi.
At Labra, immanis, acrisq; est icta ab Iacho.
Simula, Sileno, at Satyra est labrosa Philaene.
Nonnullis sic ista agnoscuntur:
Nigra, Melanchroos e. immunda et foetida, A *cosmus*.
Nec desunt qui Melichrus legent.
Paruula, Pumilio. gerra omnis, tota merum sal.
Aliis, gerra omnes.
Prae macie, Rhadine uero est iam mortua tussi.
nobis uetto magis probatur, a uerbo salidet *Buñw*,
quo tussire graecis designatur.
At Lamia est, maniosa. Deo certe est ipsa ab Iacho.
Simula, Sileno: At satyra est labrosa, Philaena.
seu maus, Phileme.
Adscriptosq; esse in amore.
Atq; omnis inquirere lusus.
Et neutrum superauit eorum, nec superation est.
Multimodis primordia multis. et item parentes, agno
sunt alii. In sexto tamen uolumine legere est. mul

modis varians. sicuti in sequenti omnimodisq; coire.
et multa modis multis primordia rerum in primo ta-
men libro. Quia multimodis communia multis, lectū
est. & item. Semina multimodis immista latere.

Nec molles apti sunt motus uxoribus hilum.

Eiicit enim sultu recta regione, uiaq;

Vulneris, atq; locis et c.

EX LIBRO QUINTO.

Quis potis est dignum pollenti pectore carmen.

Qui fundere laudes.

Nemo, si ut ipsa petit maiestas cognita rerum.

Per magnas dedita gentis.

Quid'ue tripectora ter gemini quoq; Cerionis uis?

Qui tandem uiua nocerent?

Quantum tum scindunt hominem,

Expulerit dictis, non armis. nonne decebat.

aris, agnoscit Marullus, non armis.

Pectora, terrarum quæ in orbi sancta tuetur

Pana, lacus, lucos, aras, simulacraq; diuū

Alibi scriptum offendimus.

Pectora, terrorum qui morbis sancta tuetur

Et q̄ difficile id mihi sit permittere dictis.

Quod procul à nobis flectat fortuna gubernans.

Supra uero scriptum est à poeta.

Qua uis flectat natura gubernans.

Quæ prius aggrediat.

Quid potuit nouitatis amorem accendere tali?

Quo'ue modo est unq̄.

Speciem

Speciem natura creandi?

Et in talis uenêre nouatus.

Redditur, et quoniam dubio procul esse uidetur.

Percolatur enim intus, retrorsumq; remanet.

Redit au gmine dulci. Repetuntur uersus libro sexto.

Recidere assidue, quoniam fluere omnia constat.

Cælum candore recenti.

Numen fati procellere fineis. Procellere agnoscat Ma-
rullus.

Nec penetrare pati sibi quicq;, quod queat artus

Dissociare intus, partes & materiæ æu
corpora sunt.

Vires aliqua ratione reuinctæ.

Vt fama est, hominum multos quando obruit undis.

Ordine se, nec quæq; sagaci mente locarunt.

Et seorsum mare, uti secretum, humorq; pateret.

alibi uero, humorq; pateret.

Primus se sustulit æther Ignifer et c.

Dicendum, ex utraq; tenere, et claudere utrinq;.

Quæ uigeat motu insignis. Sed quæ sit earum

Maior rota, nec minor ardor.

Ex interuallis de corpore librant.

Quanta quoq; est, tanta hinc nobis uideatur in alto.

Quiddam interdum mutare uidentur.

Almis nocturnis ex æquant lucibus umbras.

Inq; dies priuos aboriri quæq; creatæ.

Simul euchiis euan.

Altum caput obstruere eii.

Soleant affecto lumine obire

Finem aliquam pariendo debet habere.

Androgynū inter utras, nec utrūq; et utrūq; remotū.

Alibi sic.

Androgynum inter utra, neutrumq; utrinq; remotum.

Sponte sua possent ut uiuere, nec dare nobis.

ipse aut, reposui, exclusa synalcephe,

Hinc illinc paribus ut non sit partibus ipsa. alibi

Hinc illinc paribus ut non par esse potis sit

Ore ferens, ac rem ut flaret de corpore flammam.

Sed sic quæq; suo ritu procedit, et omnes.

lego, ut omnia. Sicut in illo uergiliano,

Quin protinus omnia.

Deniq; nota magis siluestria templa.

Posterius tremulas sub uiscera terra tenentes.

Vergebant, nunc dant letum solertius ipso.

Ignis. n. curauit, ut anxia corpora frigus.

Alii algida legunt. alia alii.

At genus humanum iam tum. hic fortasse desunt

nonnulli uersus.

Imperium sibi cum hac summa tum quisq; petebat.

Aut morbo delirantes prograxe ferantur.

tu uide an latinum sit ferantur se prograxe.

Quæ nunc in magnis florent rebusq; locisq;.

Non temere illa tamen conuinci posse putabant.

Et noctis signa serena.

Votis agit, ac prece querit.

Versaq; in opprobrium species est falsis ahene.

Armatum ascendere cyrrus.

Aurito corpore terros.

Deplexæq; dabant in terram uulnere uictos.

Sic unumquiduis paulatim protrahit ætas.

Hæc animos olim multabant .
Et suo pte calamos rauco percurrere labro .
Vestis contempta serina .
Signisq; uigentibus apta .
Tum mare ueliuolum florebat propter odores .
In luminis erigit oras .

EX LIBRO SEXTO .

Et finem statuit torpedinis , atq; tumoris .
Sic sanè legere est apud Firmianum , nî mendum illud
sit librariorum .

Atq; uiam monstrauit tramite paruo .
Quanam sit ratione , atq; alte terminus hærens . libro
autem primo semel , quantum sit ratione , lectum est .
Versibus , et ratio cæli , speciesq; tenenda .
Esse queunt , q̄ sunt lapides , ac ligna .
Nam cadere abrupto deberent pondere presso
Dat crepitum muros inter iactata , trabesq; .
Maxima dissoluisse capax moenia mundi .
Cernas ictum , q̄ plaga per auras .
Oculorum ad lumina nostra .
Nec tibi sit fraudi quod nos inferre uidemur .

Liquidi color aureus ignis .
Declarant ictus , et inusta uapore .
Et liquidum puncto facit æs in tempore .
Ego libentius puncti legem in tempore . sitq; schema
hypallage . Seu maui puncto facit æs in temporis .
extrito scilicet S. cum sua uocali , ut in illo . Sardo
nias , smaragdus , adamantas , iaspidas uno .

Impendant, atrae formidinis. Siue ut in alio impendūt.

Hoc fit idem in parteis alias.

Nubes capere impetis auctum. Quemadmodum hebes
à uerbo hebeo, atq; ab indigeo indiges. ita ab impeto
inflexi docet Priscianus libro sexto impes impetis.

Fugit, ac penetrat per strata uiarum. Alii per rara
uiarum legunt. Per aperta alii. Marullus per operta.

Mox quoq; idem poeta Quo pacto inquiet per loca
septa insinuarit. Quia trauiat ignis, agnoscitur non=
nullis, ut item alibi trauiolat et traspectum.

Autumnoq; magis stellis fulgētibus. Ex Homeri quinta
Iliados rhapsodia. ἄστέρ' ὀρωρῖν ὠ ἐναλίγκιον.
Inter utrunq; igitur cum cali tempora constant.

Inter utraq; magis probo. Nam sic propemodum mox
usurpabitur à poeta.

Nanq; frit ipse anni. licet alii fretus legunt. Qua
quidem de re abunde dictū est nobis supra in quarto.
Hoc autem loco illud addere libitum est mihi. Priscianū
neutiq; usurpatum fuisse fretus uetribus in quarta no
minū inflexione asseruisse. Quin u literam in usu eis
extitisse pro o. sicuti in nomine acheronte, quod illis
scilicet prolatum est acherunte.

Nec mirum si in eo tum tempore. alibi legas,
sic tempore.

Inditia occulta diuū perquirere mentis.
Et iaciunt ignem quo inducit atq; uoluntas.

Sælus aduersabile atq; est.

Præterea si uult caueamus fulminis ictum.

Vortex corrodens ex aere.

Exiguus tamen inter se comprehensa teneri.

Hic

Hic demum fit.

Et condensa, atq; arcta patere

Vt hinc ueniant in cœcum.

Stillante quasi igni

Terrâq; consumens.

Passum refrenat euntes.

Terra Superne tremuit. Sic Marullus agnoscit correpta
utiq; ne syllaba, sicuti alibi inferne.

Possit repræandere euntes.

In Syria Sidone quod accidit, et fuit Aegis. achæicis
uidelicet. Astipulantur Aristoteles et Strabo. Tum
ex nostris Plinius Secundus. Plures hoc ipso nomine
urbes recensentur à Stephano. Aegærum autem quæ
sunt in Achaia, itemq; in Eubœa meminit Homerus.
Sunt qui hoc locum legunt Argis, id quod non placet.

Et terræ motus abortus. Mox sanè terram inquiet di-

οἰσσει. mouit abortus.

At pelagi multa, et late. Pelage agnoscit Marullus.

ἀ γράω, τὰ πελάγη.

Percolatur enim intus, retrorsumq; remanat.

Itemq; Redit augmine dulci. ut supra libro quinto.

Neq; enim media de clade cœorta, aliis uero, quæ clade.

Et quæ multesima constet, citatur Nonio locus.

ὄφθαλμον Oculosq; inuadit et ipsos.

In multis hoc rebus dicere auemus.

Nilus in æstate crescit.

Per cœto sæcla calore, eritq; Schema hypallage.

Quo cœtesia flabra aquilonum.

Si forte lacus substratus auerni

Manibus ut si sint duris.

Multa meant inimica per auras.
Deniq; si calidis etiam cum te relauaris
Plenior affueris dolio feruentis aquai.
adhuc desideratur hoc loco perele
ganti meo Stroz &

At cum membra minus pertexit feruida seruus.

Extemplo solito frigescit terra.

Radius terram dimouit obortis;

Glaciem, nodosq; relaxat

Nocturna ad lumina, lychnum:

Leuibus iactat artem hamis.

Vsque adeo permanat, & uis praeualet eius.

alii permanant legunt.

Ac mitti fatiare necesse est.

In lucretiana calliopes per studiosi cuiuspiam codice

quo ordine hic habentur sequentes, sic pro

permodum agnouimus uersus. Quibus

neq; non repetuntur in

quarto.

Deniq; in os falsi uenit humor saepe saporis,

Cum mare uersamur propter, dilutaq; concha

Fertur, et in cunctas dimittitur undiq; pariter

Nec mora, nec requies interdatur ulla fluendi,

Perpetuo quoniam sentimus, et omnia semper

Cernere, odorari licet, et sentire sonorem.

Cum timor misceri absinthia, tangit amaror,

Vsq; a deo omnibus ab rebus res quaeq; fluentes.

Nunc omnes repetam, et quae sequuntur.

Quin & alibi demptis quibusdam sic perscriptu' offen-

dimus.

Deniq; in os falsi uenit humor saepe saporis
Cum mare uersamur propter, dilutaq; contra
Cum timur misceri absinthia, tangit amaror.
Vsq; adeo omnibus ab rebus res quæq; fluentes.
Nunc omnes repetam q̄ raro corpore sint res
Commemorare. et quæ deinceps sequuntur.
Liat, & sentire sonare. legunt nonnulli.

Cum pocula plana tenemus.

Deniq; qua circum colli lorica cohaeret.
Et tempestates terra, caloq; coortæ.
In cælum, terrasq; remotæ iure factisunt.
At nihil est homini fronde hac quod amarius extit.
At contra nobis cœnum teterrima.
Hic tibi quem memoro, per crebra.
Offensare igitur, pulsareq; suctu.
Terrea testa suo, quo pacto respuit.
Ut eam magnâs semina faxit.

Sola coalescere calca.

Glutine materies taurino iungitur unâ
Purpureusq; colos conchili mergitur unâ
Aut intrinsecus, ut nubes, nebulæq;
Quia longe discrepat aer.
Nam quid britannis cælum.


Per ætæq; sæcla calore. supra per ætæ figura
rate lectum est.

Pestilitas, etiã pigris talaribus ægre.

Morborum et mortifer æstus.

Natura ultro corruptum. Naturam intro agnoscit
Marullus. & uerior est lectio.

Finibus in æcropis, pro æcropiis uidelicet. aut Cecro
pis casu patrio.



Pandionis omni. Inde ceteruam et c. in quibus
Inde ubi faucibus, et pectus compleat, et ipsum.
Mulum pernix humoribus imbrem.
Duraque inhorrebat facies, rectum frons tecta meabat.
Sunt qui rictu agnoscant, non autem rectum.
Atque labore, pudoreque omni cogebat obire.
Omnia condebant loca tectis.
Quisque suum pro te cognatum.

Rursus in priore libro sunt qui legant.
Primum gravior homo immortalis tollere contra.
In plerisque tamen exemplaribus agnoscere
est, mortalis. Id quod et eruditio =

EX SECVNDO.

Nec citharam reboant laqueata, aurataque tecta.
in sexto autem Saturnalium Macrobii scriptum est, cum
rataque tempe. Non desunt tamen qui ibi mendum esse
automent in uerbo tempe. Nam quid ad tempe
laqueata, aurataque illa duo epitheta? Neque
item mutatus hinc esse Maro in georgicorum
carmine uocabulum illud tempe uide
ut, si et sensum pariter,
& uerba adamus.
sim examis
nes

Quin etiam ex eodem Saturnaliū volumine citatur su-
per eo hemistichio. Magna ossa, lacertiq; ap-

parent homini, Lucretius in. xvii.

.xl. Si non & item illud

.v. mendum

.xl. sit

Lex pauca hæc, in quis impressorum hæsit
incuria, ita propemodum ut hic subiecimus,
studiose lector emendato. Leniora tamen
pleriq; uti distinctiones, aliaq; id genus, consulto no-
bis prætermissa sunt.

EMENDATIONES.

| | | | | |
|----------------------------|---------------|----------|-------|---------|
| Nec regione | Charta | xxiii. | Versu | lvii. |
| Tenuius extat, | char. | xliii. | uer. | xxvii. |
| Figuris | char. eadem | | uer. | xxx. |
| Quo tardius | char | xxii. | uer. | vii. |
| Ex se uidere | char. | xcvi. | uer. | xxxii. |
| Aestuat | char. | xcvii. | uer. | lv. |
| Plangentes | char. | xxxviii. | uer. | lvi. |
| Aeuo | char. | xlv. | uer. | xxii. |
| Reperire profecto | char. | lvi. | uer. | iiii. |
| Montes | char | lxvii. | uer. | xlv. |
| Parentis | char. | lxxviii. | uer. | xxiiii. |
| Vtq; | char | cxx. | uer. | lv. |
| Mærorum | char. | lxi. | uer. | xlviii. |
| Frigus | charta eadem. | | uer. | xlvi. |
| Cœnum | char. | xl. | uer. | xl. |
| μελαγχρους est. | char. | lxxvii. | uer. | xxv. |
| Trocleas à plerisq; per e. | char. | lxxiii. | | |

In tenebris char. xl. uer. lv.
 Medium per char. cxvi. uer. ii.
 Adhuc char. xi. uer. xxxi.
 Posse aufer distinctionē. ch. xiiii. uer. lx.
 Noscere char. xlvii. uer. xi.
 Quamuis charta eadem. uer. lx.
 Desubito. char. xxiiii. uer. ii. Iterum. char. l. uer. vii.
 Adde, ꝑ char. xv. uer. ix.
 Funditus char. xii. uer. xv.
 Deinde, ꝑ. ch. xiiii. uer. xxviii. Iterū. ch. xvi. uer. xxiiii.
 Cūprimis. ch. lxxxix. uer. lviii. Iterū. ch. xii. uer. lviii.

Et itē alibi.

In epistola ipsa nostra Sotherine per aspirationem ex
 eorum arbitrati impressum est, qui τὰ ρὰ τὸ σὼ χὲν
 θέρω, unde θερίνως, quibus sanè uocabus sospes et
 calfacere designatur, inditū clarissimæ familiæ nomen
 uolunt. Defecti tamen potest τὰ ρὰ τὸ σὼ ζεν,

unde σὼτ ηρ: τὴνq; sine aspiratione porro
 anseribetur: alii per D. scriben=
 dum esse ex ea opinor

ωgnatio=

ne,

quæ inter utrunq; T. et D. literam existit, uel secundū
 uariā etymologiam cōtendunt. At nos huiusmodi pu
 tamina nucleo contenti haud magni ærte pen=
 dimus. Suo tamen quisq; (nihil. n. impe=
 dio) tam in hoc, q̄ in cæteris satis fa
 ciat palato, remq; pro uirili
 sua literariam
 auctet

IMPRESSVM FLORENTIAE SVMP TIBVS

Philippi Giunta bibliopola Anno

Salutis .M.D.XII.

Mense Mar

tio



UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

130 St. George Street, Toronto, Ontario M5S 1A5

Acquired from the University of Toronto Library

on the condition that the book be kept in the

University of Toronto Library

and be available for the use of the

University of Toronto Library

and be available for the use of the

University of Toronto Library

and be available for the use of the

University of Toronto Library

and be available for the use of the

University of Toronto Library

and be available for the use of the

University of Toronto Library

and be available for the use of the

University of Toronto Library

and be available for the use of the

University of Toronto Library



